



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

Prima pars continet Rubricas generales primi ordinis, titulis viginti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459



RUBRICÆ
 GENERALES MISSALIS
 PARS PRIMA.



Issa quotidie dicitur secundum ordinem Officij: de festo Duplici, vel Semiduplici, vel Simplici: de Dominica, vel Feria, vel Vigilia, vel Octaua: & extra ordinem Officij, votiuæ, vel pro Defunctis,

ANNOTATIONES.

§. 1. Circa hanc Rubricam aduerte, permissum esse omni die celebrare, exceptâ Feriâ sextâ Hebdomadæ sanctæ, quâ illicitum est sacrificare. Quia Ecclesia colit, & exhibet realem passionem, & cruentum sacrificium Christi ideo non repræsentat mysticè, seu non immolat incruentè: Siquidem Sacerdos in solemnifacio Parasceues non consecrat, sed hostiam pridie consecratam & asseruatam, vnâque eius particulam vino iniectam sumit. Neque licitum esse alios quam infirmos in articulo mortis constitutos eo die communicare, declarauit, die 19. Februarij 1622. S. Congregatio Cardinalium, qui sacris ritibus interpretandis præsumt: teste Gauanto.

§. 2. Nota in Sabbato sancto non nisi vnâ Missam solemnem, quæ noctis est, nequaquam autem alias missas priuatas quantumuis votiuas celebrari posse, secundum probabiliorem sententiam & receptam vniuersalis Ecclesiæ consuetudinem.

§. 3. Controuersia inter Doctores nata est; vtrum feriâ quintâ maioris Hebdomadæ licitum sit sacerdotibus priuatim sacrificare; quidam id affirmant: alij rectius negant, ob receptam consuetudinem celebrandi

e. Sabbato de consecrat. dist. 3.

Layman. scol. mor. lib. 5. cap. 6. §. 4. n. 7.

Gauanto comm. in Rubr. Miss. Part. 4.

Tit. 9. n. 25. Layman loco cit. n. 8.

Gauanto loco cit. Tit. 10. n. 25.

e in cana de consecrat. dist. 2.

A

in vna-

Aposto-
 n ordi-
 ensata,
 ornan-
 m qui-
 ac locis
 r. Non
 rfluas,
 ùm vt
 farum
 glori-
 m Ec-
 lenda
 rrigere
 e, &

DE

Layman lo-
co cit. n. 9.
Gavantus
loco citato
tit. 8. n. 7.

in vnaquaque Ecclesia vnum duntaxat sacrum solemne, in quo omnes etiam presbyteri solent communicare ad praesentationem & memoriam Apostolorum, qui in Coena vltima S. Eucharistiam de manu Christi Domini sumserunt. Sacra proinde Rituum Congregatio 27. Septemb. 1608. communionem Cleri iussit in solemnitate hac Missa. Quare haec communicandi consuetudo in Sacerdotum conuentu obseruanda est. Communicant autem illo die Presbyteri cum stola de collo pendente.

TITULUS I.

De Duplici.

Missa dicitur de Duplici illis diebus, quibus in Calendario ponitur haec nota, *Duplex*, & in Festis mobilibus, quando cumque Officium est Duplex. In Duplicibus dicitur vna tantum Oratio, nisi aliqua commemoratio fieri debeatur. Alia omnia dicuntur vt in proprijs Missis assignatum est. Quando dici debeat, *Gloria in excelsis*, & *Credo*, inferius ponitur in proprijs Rubricis.

ANNOTATIO.

Gavantus
part. 1. tit. 4.
n. 3 litt. O.

§. I. Missa de Duplici, his gaudet priuilegijs. *Primo* quod in eadem tantum dicitur Oratio nisi facienda sit aliqua commemoratio de officio simul incidente. *Secundo*, quod Missa priuata votiuæ, & pro Defunctis in Duplicibus dici non debeant, prout infra Tit. 4. de Missis votiujs, & Defunctorum latius declarabitur. *Tertio*, quod antiphona ad preparationem Missæ dicitur integre ante psalmos & similiter post Missam antiphona ante gratiarum actionem tota.

TITVLVS II.

De Semiduplici, & Simplici.

Missa de Semiduplici dicitur quando in Calendario ponitur haec vox, *Semiduplex*.
Præ-

Præte
In Sen
& infr
infra c
Octau
propri
sicut in
tur M
nitur.

§. I. **S**
bet, Mi
tione a
ritu ser
pram ci
legit he
poterie
clesia c
Sancto
cultus, e
men no
tus, Mis
brare, ri
tamen
& a sun
ab omni
Missæ i
diuini
rorum
possit, n
crecum
gatione
præfide
uantus,
bus Mis
cum, te
cedit, v
cessit o
mine di
fita Ec

Prætereà in Dominicis, & diebus infra Octauas. In Semiduplicibus tam Festis, quàm Dominicis, & infra Octauas, dicuntur plures Orationes, vt infra dicetur in Rubrica de Orationibus. Infra Octauam dicitur Missa, sicut in die Festi, nisi propriam Missam habuerit: in Dominicis verò, sicut in proprijs locis assignatur. De simplici dicitur Missa sicut de Semiduplici, vt suis locis ponitur.

ANNOTATIONES.

§. I. **S**I Sacerdos in alicuius Sæcti festo Simplici, de quo ratione cõcurrentis Feriæ Aduentus, vel Quadragesima, vel Octauæ, tantum cõmemoratio fieri debet, Missam integram illius Sæcti ex singulari deuotione aut causa celebrare voluerit, vtique de sancto illorum ritu semiduplici Missam ex communi sanctorum sumptam cum commemoratione officij currentis de quo legit horas suas Canonicas celebrare licitè potest. §. 2. Castaldus poterit Sacerdos erga aliquem Sanctum, ab Ecclesia canonizatum, seu per immemorabile tempus pro Sancto habitum, cui publicus & vniuersalis conceditur cultus, eo die occurrentem, etsi in Calendario eius nomen non sit prænotatum pio religionis affectu permittitur, Missam pro omnibus approbatam de eodem celebrare, ritibus semiduplici festo conuenientibus, factam tamen commemoratione officij currentis, de quo legitur sunt horæ Canonica. §. 3. Eodè modo potest vbiq; & ab omnibus de Sæctis recenter canonizatis Officium Missæ in die eorum festo celebrari, quamuis Officium diuinum de iis sine nouo Decreto Congregationis Sacrorum Rituum extra propriam Ecclesiam fieri non possit, necessariò enim requiritur speciale nouum decretum de ritu, quo fieri debet officium, sicuti Congregationem Cardinalium explicationi Sacrorum Rituum præsentium die 19. Decembris 1628. censuisse refert Gauntus. De Beatificatis verò non vbiq; nec ab omnibus Missa dici potest, quia sedes Apostolica quo ad locum, tempus, ritum in Beatorum cultu limitatè procedit, veluti de beato Rocho nondum canonizato concessit officium & Missam in Ecclesijs tantum eius nomine dicatis, & Eremitarijs eiusdem habentibus requisita Ecclesiarum; iuxta declarationem S. Congregationis

Castaldus
Praxi Car.
lib. 2. sect. 6.

§. 3. n. 3.

Gauntus
Comment. in

Rubr. Bre-
uarij sect. 2.

cap. 2. n. 30.

Gauntus
loco paulo
ante citato

scilicet. 1. cap. 5. Tit. 2. n. 12. nis Cardinalium deputatorum ad dubia sacrorum Rituum declaranda die 26. Novembris 1629. apud Gauantum.

TITVLVS III.

De Feria & Vigilia.

1. **M**issa de Feria dicitur, quando non occurrit Festum, vel Octaua, vel Sabbatum in quo fiat Officium B. Mariæ. In Ferijs tamen Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Rogationum, & Vigiliarum, etiamsi Duplex, vel Semiduplex Festum, vel Octaua occurrat, in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis cantantur duæ Missæ, vna de Festo post Tertiam, alia de Feria post Nonam.

2. In Vigilijs autem & Ferijs Quatuor Temporum, vel Feria secunda Rogationum, quæ veniunt infra Octauam, Missa dicitur de Vigilia, vel Ferijs supradictis cum commemoratione Octauæ: præterquam infra octauam Corporis Christi, in qua in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis cantantur duæ Missæ, vna de Octaua post Tertiam, alia de Vigilia post Nonam: in Missis autem priuatis, dicitur Missa de Octaua cum commemoratione Vigiliæ. Si autem in die Vigiliæ, vel prædictis Ferijs fiat Officium de aliquo Festo, tunc dicitur Missa de Festo, cum commemoratione Octauæ, & Vigiliæ, vel Feriarum prædictarum. Quòd si Vigilia occurrat in die alicuius Festi ex maioribus primæ classis, in Missa non fit commemoratio de ea, sicut nec in Officio.

3. Si Festum habens Vigiliam celebretur Feria secunda; Missa Vigiliæ dicitur in Sabbato, sicut etiam de ea fit Officium: exceptâ Vigiliâ Natiuitatis Domini, & Epiphaniæ.

4. Missa Vigiliæ in Aduentu occurrentis, dicitur

citur c
de ea n
tis exce

5. S
ribuso
comm

6. T
Vigilia
non iei

§. 1.
fis cant
fra Octa
infra O
Feria, vt
quando
Leonis
tionis B
non præ
go nequ
Missæ. S
lia, feria
duæ for
octauam
feria qu
memora
poris Ch

§. 2.
aut SS.
ctuas C
non de V
ne dice
men Ca
prima d
Nonam.

§. 3.
fra Octa
Credo &
quam in
Fræatio
in diebu

citur cum cōmemoratione Feriæ Aduentus, licet de ea non sit factum Officium: Vigiliâ Natiuitatis exceptâ.

5. Si in Quadragesima, & Quatuor Temporibus occurrat Vigilia, dicatur Missa de Feria cum commemoratione Vigiliæ.

6. Tempore Paschali non dicitur Missa de Vigilia, nisi in Vigilia Ascensionis, quæ tamen non ieiunatur, sicut nec Vigilia Epiphaniæ:

ANNOTATIONES.

§. 1. Rubrica sub n. 1 huius Tituli, de duabus Missis cantandis, non est intelligenda de quolibet die infra Octauam, ita vt, occurrente Feriâ ex prædictis in die infra Octauam, dici debeant duæ Missæ de Octaua, & Feria, vt patet ex Missalibus in Vigilia SS. Petri & Pauli, quando occurrit in Sabbato (occurrente nimirum S. Leonis festo in Dominica) item & in Vigilia Assumptionis B. Mariæ Virginis infra Octauam S. Laurentij, non præscribuntur duæ Missæ, de Octaua, & Vigilia; ergo neque in alijs similibus Ferijs erunt dicendæ duæ Missæ, sed tantum de die octaua, concurrēte cum Vigilia, feria quatuor temporum, & Rogationum, tunc enim duæ forent cantandæ Missæ, alijs autem diebus infra octauam Missa conuenientialis tantum dicitur de vigilia, feria quatuor temporum & Rogationum cum commemoratione octauæ præterquam infra octauam Corporis Christi in qua fit vt Rubrica præscribit.

§. 2. Si verò Vigilia Natiuitatis S. Ioannis Baptistæ, aut SS. Apostolorum Petri & Pauli occurrant infra Octauas Corporis Christi, Missa dicitur de Octaua, & non de Vigilia cum commemoratione Vigiliæ, & in fine dicitur Euangelium de eadem vigilia. In Ecclesijs tamen Cathedralibus & Collegiatis, dicentur duæ Missæ prima de Octaua post Tertiam, secunda de Vigilia post Nonam.

§. 3. In Missa Vigiliarum & Feriarum maiorum infra Octauam nunquam dicitur Gloria in excelsis neque Credo & semper dicitur Præfatio communis, præterquam in Missis Litaniarum maiorum, quæ Paschalem Fræationem habent, sed ea quæ cum suo cantu dicitur in diebus ferialibus.

*Missale
Rom. 2.
Novemb.*

6 *Compend. Sacr. Rituum Pars I. Tit. IV.*

§. 4. in die commemorationis omnium fidelium Defunctorum, dicuntur duæ Missæ in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis vna de die infra Octauam post Tertiam, altera principalis pro defunctis post Nonam & hoc, quia in Missa pro Defunctis non potest fieri commemoratio de Octaua sicut in alijs, & est casus particularis, quem expressè præscribit Missale post festum omnium Sanctorum 2. Nouembris.

TITVLVS IV.

De Missis votiujs S. Mariae, & alijs.

1. IN Sabbatis non impeditis festo Duplici, Semiduplici, Octaua, Vigilia, Feria Quadragesimæ, vel Quatuor Temporum, vel Officio aliquius Dominicæ quæ super sit, in præcedens Sabbathum translato, dicitur Missa de S. Maria secundum varietatem temporum, vt in fine Missalis ponitur.

2. In Aduentu autem, licet Officium non fiat de S. Maria in Sabbato, dicitur tamen Missa principalis de ea, cum commemoratione de Aduentu, nisi fuerint Quatuor Tempora, vel Vigilia, vt supra.

3. Alijs diebus infra Hebdomadam, quando Officium sit de Feria, & non est resumenda Missa Dominicæ præcedentis, quæ fuerit impedita, (exceptis Ferijs Auentus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Rogationum, & Vigiliarum) dici potest aliqua ex Missis votiujs, etiam in principali Missa quæ vocatur Conuentualis, secundum ordinem dierum in fine Missalis assignatū, cum commemoratione Feriæ de qua factum est Officium. Quæ tamen Missæ, & omnes aliæ Votiuæ, in Missis priuatis dici possunt pro arbitrio Sacerdotum, quocumque die Officium non est Duplex, aut Dominica, cum commemoratione eius,

eius, d
ration
rat eo
verò p
quoad
niat.

§. 1.
cuius e
tia, ac p
que fest
circulu
do cam
tiones
dicende
berur H
men fir
versibus
Commi
pro vtr
requiri
troitus
nis addi

§. 2.
in festo
co isto
mor iam
vel com

§. 3.
non cele

§. 4.
tate ac
Missæ q
salis aff

§. 5.
tur in M
ta, & su
tate, Fer
tis Apo
ctissimo
sione, Sa

§. 6

eius, de quo factum est Officium, & commemoratio item Festi Simplicis, si de aliquo occurrat eo die fieri commemorationem in Officio. Id verò passim non fiat, nisi rationabili de causa. Et quoad fieri potest, Missa cum Officio conveniat.

ANNOTATIONES.

§. 1. Missa votivæ dicuntur quæ pro voluntate alicuius celebrantur, atque hæc sunt in triplici differentia, ac primo quidem de quolibet Sancto, ac quacumque festiuitate, de qua iuxta Rubricas Missalis per annum circulum celebratur, dici potest Missa votiva, assumendo eam quæ in die festo habetur, accommodando Orationes ubi habetur *Natiuitas* vel *Festiuitas*, aut *Natalitia* dicendo *Commemoratio* vel *Memoria*: Omittendo ubi habetur *Hodie*, cum *Præfatione* propria si eam habeat, tamen sine *Gloria in excelsis*, & *Credo*, desumptis *Tractu* vel versibus cum *Alleluia*, vel etiam *Graduali*, si opus est, de Communi, vel certè tota Missa dicatur de Communi, pro ut ratio temporis, siue Paschalis, siue non Paschalis requirit. Nam tempore Paschali adduntur in fine Introitus duo *Alleluia* & in fine Offertorij & Communionis additur unum *Alleluia* ubi non habetur.

Castaldus
Praxi Ca-
rem. lib 2.
sect. 4. c. 3.

§. 2. Si celebretur Missa votiva alicuius sancti qui in festo pro Introitu habet *Gaudeamus omnes* tunc loco istorum verborum *diem festum celebrantes* dicitur *memoriam celebrantes* & loco *solemnitate* ponitur *memoria* vel *commemoratio*.

Gavantius
Part. 4. tit.
17. n. 11.

§. 3. De Tempore & Festis mobilibus Missæ votivæ non celebrantur.

Castaldus
loco citato.

§. 4. De Passione, Spiritu Sancto, sanctissima Trinitate ac Sanctissimo Sacramento Corporis Christi, non Missæ quæ eo tempore habentur, sed votivæ in fine Missalis assignatæ dici debent.

§. 5. Secundi generis Missæ votivæ sunt, quæ habentur in Missali singulis diebus per Hebdomadâ assignatæ, & sunt octo videlicet, Feria secunda de sancta Trinitate, Feria tertia de sanctis Angelis, Feria quarta de sanctis Apostolis, Feria quinta de Spiritu sancto, vel Sanctissimo Sacramento, Feria sexta de S. Cruce, vel de Passione, Sabbatho de B. Virgine.

Missal. Ro-
man. in fine
de Missis
votivis.

§. 6. Huiusmodi autem Missæ votivæ privatae dici

Gauantus
Part. 1. Tit.
4. n. 3. lit. O non possunt in die Dominico, vel festo Duplici, nisi rationabilis intercedat causa, multo minus dici possunt in diebus privilegiatis, puta in Vigilia Natiuitatis Domini & Pentecostes, in Feria quarta Cinerum, & maiori Hebdomada, infra Octauas Epiphaniæ, Paschæ, & Pentecostes, in quibus diebus prohibetur fieri de Duplici. Et si institutione Capellaniz, vel alio titulo Sacerdos teneatur huiusmodi Missas votiuas celebrare, satisfacit, dicendo Missam de Sancto, vel Feria occurrente, nam in eo casu Ecclesia disponit, & corrigit intentionem eius qui tales Missas ordinauit, & fructuosior erit deuotionis effectus, si ordinatio Ecclesiæ seruetur, præsertim si eiusmodi Votiuæ in proximos dies transferri nequeant.

§. 7. Quando Missa exigitur votiuæ v.g. de Assumptione B. M. V. de Natiuitate eiusdem, & eiusmodi, dici potest Missa de Beata Virgine prout in Missis Votiuis, cum intentione ad honorem Assumptionis aut Natiuitatis Beatae Virginis. Similiter si quis haberet onus celebrandi Missam Rosarij aut de Monte Carmelo, quia eiusmodi Missæ non nisi certis Regularibus sunt concessæ, dicendo aliam de Beata Virgine votiuam vt in Missali, satisfaciet ex Decreto sacre Congregationis *die 6. Maij 1625. 7. Augusti & 30. Septembris 1628.*

§. 8. Quando occurrit dicenda Missa votiuæ de Apostolis, si quid tunc ratione temporis fortè desit, puta Tractus, seu versus cum *Alleluia*, tempore Paschali, ex alijs Missis tunc supplendum est: Tractus quidem desumi poterit ex Missa votiuæ sanctorum Petri & Pauli, versus autem cum *Alleluia* tempore Paschali, imò verò etiam Introitus cum accessorijs ex festo S. Marci, vt in simili casu iubetur in fine Missæ votiuæ Apostolorum Petri & Pauli, est enim eadem ratio. Quod simili ratione practicandum in quibuscumque Missis votiuis aliorum sanctorum.

§. 9. Quando petitur Missa votiuæ de S. Petro, aut S. Paulo dicitur Missa votiuæ communis vtrique Apostolo cum intentione ad Venerandum Apostolum cuius Missa votiuæ petitur, numquam enim separandi sunt ij, quos Ecclesia coniunxit.

§. 10. In Missa ad postulandam gratiam spiritus sancti dicitur Missa votiuæ de spiritu sancto in fine Missalis signata, sed mutantur orationes, dicuntur enim eæ, quæ habentur in fine eiusdem Missæ votiuæ de spiritu Sancto.

Gauantus
Part. 4. Tit.
17. n. 8.
6. 9.

Gauantus
part. 4. lit.
17. n. 10.

Gauantus
p. 4. lit. 17.
n. 6.

§.
qua
do su
ronat
Consi
ma, v
pro q
torum
li. No
decim
Decim
§.
eunt
possu
tantu
nis Pa
nupti
§.
vice d
est Mi
coron
Missal
§. 12
consec
tum ce
ctionis
de pra
memor
natur
mento
non fel
vnicu
respon
§. 15
possunt
§. 16
cepto c
Sponsa
sponsa
orem h
suerude
Hinc pa
cedas,
tur) qua
primæ c

§. 11. Tertij generis Missæ votiuæ sunt tredecim, *Gauantus*
 quæ habentur in fine Missalis, videl. Prima pro eligendo summo Pontifice. Secunda in die Creationis & Coronationis Papæ, Tertia in Anniuersario Creationis & Consecrationis Episcopi, Quarta ad tollendum schisma, vel pro quacumque Ecclesiæ necessitate, Quinta pro quacumque necessitate. Sexta pro remissione peccatorum; septima contra Paganos, Octaua Tempore belli. Nona pro Pace. Decima pro vitanda mortalitate. Undecima pro Infirmis. Duodecima pro peregrinantibus. Decimatertia pro Sponso & Sponfa.

§. 12. Harum prima, secunda, tertia, & vltima dicuntur votiuæ, quia non sunt de die, non tamen dici possunt quocumque tempore, sed prima, sede vacante tantum. Secunda & tertia in Anniuersaria die Creationis Papæ, vel Episcopi tantum; Vltima in benedictione nuptiarum.

§. 13. Missa pro eligendo summo Pontifice prima vice dici potest etiam in Dominica, seu Festo duplici, id est Missa vt in Cathedra S. Petri, tam in creatione, quam coronatione Papæ, mutata collecta, cum *Credo*, vt in Missali.

§. 14. Tam anniuersarius dies electionis quam consecrationis Episcopi celebrari potest, & si alter tantum celebretur, consecrationis dies potius quam electionis celebrandus erit. Qui si venerit in die festiua de precepto vel Dominica, Missa erit de festo cum commemoratione pro Episcopo. In oratione autem nominatur Episcopus, & ciuitas; quia Ecclesia sine additamento significat vniuersalem Ecclesiam: Si vero in die non festiua celebretur, Missa dicitur vt in Missali cum vnicâ oratione *Gloria in excelsis Credo* & Præfatione correspondenti tempore.

§. 15. Nonem vero quæ remanent qualibet die dici, possunt exceptis diebus Dominicis, & Duplicibus.

§. 16. Missa pro Sponso & Sponfa qualibet die, excepto die festo de precepto & Dominica, præsentem Sponso & Sponfa dici potest, non dicitur tamen si vidua sponfa est, etiam si v. n. nunquã vxorẽ habuerit, si vero vxorẽ habuerit vir & virginem ducat vbi ea viget, cõsuetudo poterunt nuptiæ benedici cum hac Missa. Hinc patet secundas nuptias numquam esse benedicendas, illa vero censentur secundæ (vt non benedicantur) quæ sunt secundæ ex parte feminæ, quamuis sint primæ ex parte viri. Nec refert an ipsa vidua secundõ nubens

Gavantius
part. 1. tit.
4. n. 3. sub
11. 0.

10 *Compend. Sacr. Rituum Part. I. Tit. IV.*

nubens sit virgo, vel non; sed an sit semel benedicta vnde quæ semel nupsit, sed ante benedictiones receptas vidua facta est, cum postea iterum nubit benedicenda est: & quæ semel est benedicta, non est iterum benedicenda; & casu quo mulier non benedicenda Missam pro felici coniugio, tempore contrahendi matrimonii, peteret, nequaquam Missa pro Sponso & Sponsa dicenda, sed de tempore occurrente, aut aliqua votiua.

§. 17. Missa votiua solemnis pro re graui, vel publica Ecclesie causa, quocumque die etiam Dominico, aut Duplici, non tamen in festis maioribus, cantata altera de die, cantari poterit.

Castaldus
Praxi Car.
lib. 2. sect. 4.
c. 3.

§. 18. Huiusmodi Missæ votiue, ait Rubrica, ne passim dicantur vbi pios ac religiosos viros monere oportet, gratiorem fore Deo pietatem, quæ Ecclesiastico ritui congrua, & ab Ecclesia dilecta sua sponsa, iuxta dies & tempora ordinata est. Ideoque si cum officio diuino Missa conueniens fuerit, acceptabilius munus ipsi Deo offerretur.

Castaldus
loco citato.
Gavantius
part. 1. tit. 4.
in princ.

§. 19. Non prætereundum quod addit Rubrica (non nisi rationabili de causa) nam si quis, vt cito se expediat, vel simili aliqua leui occasione permotus, Missam currentem in votiua mutaret, vtique contra Rubricam faceret, & consequenter peccaret; sed causa rationabilis censeatur voluntas Defunctorum, necessitas, aut pietas viuorum Votiua Missas postulantium & eiusmodi.

Gavantius
Part. 1. Tit.
4. n. 3. litt. p.

§. 20. Quando Rubrica dicit, quoad fieri potest, Missa cum Officio conueniat, loquitur Rubrica de priuatis Missis. Nam Missa Conuentualis debet semper concordare cum Officio. *Cap. Cum creatura, de celebrat. Miss.* vbi verbum *mandamus* obligat ad mortale, sicut communis Doctorum habet sententia.

Gavantius
Part. 1. Tit.
4. n. 3. litt. O
§. Neque.

§. 21. Missæ de Spiritu Sancto, de S. Maria, & pro Defunctis, quæ præscribuntur Presbyteris in eorum ordinatione dicendæ post celebrationem primæ eorum Missæ, non vt communis fert opinio, pro prima Missa celebrandæ sunt sed iuxta regulas aliarum votiuarum, & idcirco dici non possunt in diebus quibus prohibentur alia votiua, id est, in Dominicis & Duplicibus, & quando prohibetur fieri de festo Duplici. Absonum enim esset, celebratâ primâ Missâ in Natali Domini, in tribus festis sequentibus recitare Missas votiuas predictas, & pro Defunctis vt patet. Hinc etiam sequitur quod non liceat dicere *Gloria in excelsis*, & *Credo* tam in

in ipsa
ria, nu
debet
tis.

§.
die, ve
ordin
tem v
Rituu
1612 d
Missæ
sam ve
Conue
dotis,
Domi
non ve
ro Mis
Dupli
feruar
lebran
Octau
quia m
ua; tun
cuius
pro Mi
sequit
fit Miss
ca dice
alia.

§. 2
genda
lo, & n
in die
pata p
Octaua
prohib

§. 2
alium
dicent
sa de C
vel ali
Episc
Abbat
Regu
tio ta

in ipsa de Spiritu Sancto, quam in Missa de beata Maria, nisi hæc dicatur in Sabbato, & Missa pro Defunctis debet esse quotidiana cum tribus Orationibus consuetis.

§. 22. Conuentualis igitur Missa erit semper de die, vel in feriali Officio potest esse votiuæ, secundum ordinem dierum assignatum in fine Missalis; non autem votiuæ ad libitum Cleri seu Laicorum. Quia sacra Rituum Congregatio die 25 Junij 1611 & die 8. Ianuarij 1612 decreuit teneri Canonicos omnino ad cantandam Missam de die, vt lucrentur distributiones, nec ob Missam votiuam, seu pro defunctis, posse omitti Missam Conuentualē. Hinc sequitur quod Missa prima Sacerdotis, si celebretur in Duplici, die priuilegiato; aut Dominica, debeat celebrari de iisdem festis aut diebus, non vero de Spiritu Sancto, aut alia votiuæ. Priuata vero Missa poterunt dici votiuæ quæcunque, in diebus non Duplicibus neque Dominicis, vt supra dictum est, non seruato dicto ordine dierum arbitrio rationabili Celebrantis: non tamen conuenit, puta in festo aut infra Octauam B. Virginis, dicere Votiuam de eadem: tum quia magis colitur B. Virgo cum Missa de festo vel Octaua; tum quia secunda Oratio esset de eadem B. Virgine, cuius recitatur Officium; tum quia satisficit obligationi pro Missa Votiuæ, si recitetur longior Missa Festiuæ. Hinc sequitur quod, si infra Octauam Pentecostes dicenda sit Missa votiuæ solemnem pro re graui de Spiritu Sancto, ea dicenda sit, quæ competit diei occurrenti & non alia.

§. 23. Exceptio votiuarum in Dominicis, intelligenda est de die Dominico tantum qui colitur à populo, & non de Officio Dominicæ; Vnde sequitur quod si in die feriali fiat Officium de Dominica, puta anticipata post Epiphaniam, seu post Pentecosten, seu infra Octauam Natiuitatis Domini, Missa votiuæ eo casu non prohibentur.

§. 24. In susceptione habitus, aut professione Monialium, præsertim diebus Dominicis & festiuis, non est dicenda Missa votiuæ de Spiritu Sancto aut alia, sed missa de Officio, in qua addatur Oratio de Spiritu Sancto, vel alia pro eisdem præscripta; nam in consecratione Episcopi, in Ordinationibus generalibus, benedictione Abbatis, Abbatissæ, & Virginum, atque consecratione Regum & Reginarum, iuxta Rubricas Pontificalis, Oratio tantum, additur Missa occurrenti de die, quid ni igitur

Gauantus
Part. 1. Tit.
4. n. 3. sub
lit. p.

Gauantus
loco citato
lit. 9.

Cassaldus
Praxi Car.
lib. 2. sect. 5.
c. 3. n. 6.
Pontif. Rom.
Tit. de cons.
electi in E.

plse. & alijs
seq.

tur in illis minoris momenti actibus idem obseruan-
dum?

TITVLVS V.

De Missis Defunctorum.

1. PRIMÂ die cuiusque mensis (extra Aduen-
tum, Quadragesimam, & tempus Pascha-
le) non impedita Officio Duplici, vel semidu-
plici, dicitur Missa principalis generaliter pro
Defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus, & alijs.
Si verò in ea fuerit festum Simplex, vel Feria, quæ
propriam habeat Missam, aut resumenda sit Mis-
sa Dominicæ præcedentis, quæ fuit impedita; &
infra Hebdomadam non occurrat alius dies, in
quo resumî possit; in Ecclesijs Cathedralibus &
Collegiatis dicantur duæ Missæ, vna pro Defun-
ctis, alia de festo Simplici, vel Feria prædicta. Sed
in Ecclesijs non Cathedralibus nec Collegiatis
dicatur Missa de die cum commemoratione ge-
neraliter pro Defunctis.

2. Præterea Feriâ secundâ cuiusque Hebdo-
madæ, in qua Officium fit de Feria, Missa princi-
palis dici potest pro Defunctis. Si autem fuerit
propria Missa de Feria, vel de Festo Simplici, vel
resumenda sit Missa Dominicæ præcedentis, vt
suprà, in Missa de die fiat commemoratio (vt di-
ctum est) pro Defunctis. Excipitur tamen Qua-
dragesima, & totum tempus Paschale, & quando
per annum Officium est Duplex, vel Semiduplex;
quibus temporibus non dicitur Missa conuentua-
lis pro Defunctis, (nisi in die Depositionis De-
functi, & in Anniversario pro Defunctis) neque
pro eis fit commemoratio. Missæ autem priuatæ
pro Defunctis quocumque die dici possunt, præ-
terquam in festis Duplicibus, & Dominicis die-
bus.

3. In die commemorationis omnium Defunctorum, & in die Depositionis, & in Anniversario defuncti, dicitur vna tantum Oratio, & similiter in die Tertio, Septimo, Trigesimo, & quandoque pro Defunctis solemniter celebratur, in alijs Missis, plures, vt de Ferijs & Simplicibus dicitur infra in Rubrica de Orationibus.

4. Sequentia pro Defunctis dicitur in die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum, & Depositionis Defuncti, & quandoque in Missa dicitur vna tantum Oratio: in alijs autem Missis pro Defunctis, dicatur ad arbitrium Sacerdotis.

ANNOTATIONES.

§. 1. In Dominicis & Duplicibus, iuxta Rubricam, *Gauantus* Missæ priuatæ pro defunctis dici non possunt; adde *part. 1. Tit. 3.* consequenter & a fortiori, neque in ijs diebus, in quibus de Duplici fieri non potest nempe infra octauam Epiphaniæ Paschatis, Pentecostes, in feria quarta Cinerum, in Hebdomada maiori, in vigilijs Natiuitatis Domini & Pentecostes.

§. 2. In Dominicis & festis, Missam defunctorum in sepulchro, (hoc est) præsentem corpore in Ecclesia, concedit *Gauantus* *part. 1. Tit. 3.* *Sacra Rituum Congregatio 23 Maij, 1603.* Festa hoc loco intelliguntur de præcepto æqualia Dominicis, non vero festa quæ maioris sunt celebritatis aut solemnitate, puta primæ classis Sed & hoc intelligem de solemnibus Defunctorum Missis, non autem de priuatis, quæ etiam præsentem defuncti corpore in Ecclesia dici non possunt in Dominicis neque in Duplicibus.

§. 3. *Sacra Rituum Congregatio* tolerari posse censuit Missas de *Requiem* in duplici festo, quod non est de præcepto, vt testator in voluntates adimpleantur, *1. n. 2. tit. 20. Septemb. 1607.* & rursus *20 Iunij 1626* Non ait ad arbitrium v uorum (quod bene nota) sed pro implenda lege defunctorum. Dictum est quod non est de præcepto, quia etiam in festo de præcepto, si in diem assignatum pro Altari priuilegiato, puta Feriam secundam, extra quam priuilegium Altaris pro Defunctis est nullum, non potest adhuc dici Missa de *Requiem* vt decreuit *Sacra Rituum Congregatio die 24. Aprilis 1627.*

*Gauantus
in Resolu-
tione dubi-
tationis de
Missis pro
Defunctis.
§. 2. n. 1. & 2*

*Gauantus
loco citato
§. 5. & part.
3. tit. 12. n.
26.*

*Gauantus
comment. in
Rubr. Miss.
part. 1. tit. c.
§. n. 2. lit. y.*

*Gauantus
part. 1. tit. 5.
n. 3. lit. b.*

§. 4. Ex prædictis & alijs rationibus allatis apud Gauantum, quidam affirmant missam respondentem officio præcipuè Duplici, vel Dominicæ pro defunctis dici posse; non enim existimandum est quod piissima mater Ecclesia, prohibens Missam defunctorum ritu proprio dici in festis duplicibus (quæ sanè frequenter occurrunt) sacrificium Missæ de officio occurrenti pro defunctis prædictis diebus veret celebrari. Ac proinde verba exhibentis stipendium pro Missæ defunctorum celebratione, non ita amare sunt intelligenda vt omnino Sacerdos Missam defunctorum celebrare teneatur sed ciuili & morali modo. Neque enim voluntas Missam celebrari petentis, legi ac ordinationi Ecclesiasticæ præualere, sed Ecclesiæ institutioni debet conformari, vt petitio eius ac deuotio sit rationabilis atque conueniens.

§. 5. Quando Missa de Dominica, Sancto, aut Feria celebratur pro Defunctis, necesse non est Collectam dicere pro mortuis. Nam applicatio Missæ non fit in Collectis, sed in *Memento*; vbi Sacerdos valorem Missæ illi applicat, pro quo sacrificium offerre tenetur, idcirco necesse non est Collectas pro Defunctis adiungere, præsertim diebus Festis quando ex Rubricis plures Collectæ arbitrio Sacerdotis non permittuntur, sed particulares assignantur, aut vna tantum dicenda est, vt in Duplicibus.

§. 6. Si contingat Anniuersariam diem, vel Tertiam, vel Septimam vel Trigesimam, in festo celebrari, in sequentem diem poterit transferri, vt annuit sæpius Sacra Rituum Congregatio 27. Septemb. 1608. & 19. Maij 1614. sed melius (ne patiantur animæ) in præcedentem diem. Quod si agatur de mutatione longiori ad tempus seu perpetua, consulantur illi, qui possunt vltimas commutare voluntates.

§. 7. Non sunt nominandi alij dies præterquam Tertius, Septimus, & Trigesimus in Missis defunctorum. Et omnis consuetudo in contrarium est abolenda. Cauentur igitur ij, qui nominant in Missa alios dies, quartum, quintum, vigesimum, & eiusmodi: quia neque in Rituali, neque in Missali, ponuntur alij dies à prædictis.

§. 8. Triginta Missæ quas vocant *S. Gregorij* licite dici possunt. Ita decreuit Sacra Rituum Congregatio 28. Octobris 1628. Sed tria notanda sunt. Primo, non est necesse vt idem Sacerdos per mensem celebret diebus

trigin
ab vn
um, n
dica
curre
deben
Sess. 22
Missæ.
duum
to, no
cas po
ta con
vt eas.

§. 5
nes, c
Festis
dæ, 8
tam tr

§. 1
rollus
siue ul
fundat
sequen
omitte
ratio in

§. 1
defun
Fidelius
ctas spe

§. 12.
pedito
Rituur

§. 13.
omitti
Rituur
contra

§. 14
citur pr
pro alte
initio C
re præcep

§. 15.
tionur
pro Def
Anniue

tri-

triginta; sed sufficit si offeratur hostia per mensem siue ab vno, siue à pluribus. *Secundò*, sufficit offerri sacrificium, non enim omnes Missæ defunctorum ritu proprio dicenda sunt pro defunctis, quæ in Dominicis intercurrentibus prohibentur. *Tertiò*, continuis diebus fieri debent, remota superstitione, quam vetuit Conc. Trid. *Sess. 22. in Decreto de obseruandis & euitandis in celebratione Missæ.* Hæ autem 30 Missæ non discontinguntur ob triduum maioris Hebdomadæ, quo, ex vi Ecclesiæ probato, non debent celebrari. Doctores autem qui volunt eas posse discontingui, vel vno die dici omnes triginta, concludunt, valere tanquam triginta Missas; sed non vt eas, quas instituit S. Gregorius?

§. 9. Non sunt admittenda huiusmodi foundationes, quibus Missa pro Defunctis etiam in sollemnibus Festis legi ordinatur; & sicubi admissæ sunt, corrigenda, & Missa pro Defunctis in aliam diem non impeditam transferenda.

§. 10. Sequentia Pro Defunctis, quæ incipit *Audi tollis* seuerè prohibita & in multis Ecclesijs adhuc abusuè usurpata; deinceps nullibi est dicenda, etiam si ex fundatione dicenda foret, sed eius loco substituenda sequentia, *Dies ira, dies illa, &c.* quæ dicenda & non omittenda quodcumque dicitur vna tantum oratio in Missa.

§. 11. Quando plures dicuntur Orationes in Missis defunctorum vltimo semper loco recitanda est Oratio *Fidelium*, quæ est generalis pro Defunctis, post Collectas speciales, vt hæc vltima ceteras colligat.

§. 12. Missæ Defunctorum certo die dicenda, eo impedito, transferuntur in sequentem vt decreuit Sacra Rituum Congregatio, die 27. Septemb. 1608.

§. 13. Quod ob Missam pro Defunctis, vel votiuam, omitti non possit Missa Conuentualis definiuit Sacra Rituum Congregatio die 16. Ianuarii 1617. atque omnem contrariam consuetudinem abrogauit 12. Iulii 1268.

§. 14. Oratio pro Patre & Matre Sacerdotis, non dicitur pro aliorum Patre aut Matre, & quando dicitur pro altero tantum siue Patre, siue Matre semper dicitur in initio Collectæ: *Deus qui nos Patrem, & Matrem honorare præcepisti.*

§. 15. Quando per annum est officium nouem lectionum de sancto, non dicitur Missa Conuentualis pro Defunctis (nisi in die Depositionis Defuncti, & in Annuario pro Defunctis) neque pro eis fit commemoratio.

Gauantus
part. 1. tit. 50
n. 3. lit. d.

Missale Coloniense in Rubr. generalib. c. 8. n. 3
Missale Coloniense loco citato. n. 4.

Gauantus
part. 1. tit. 5.
n. 3. &

part. 4. tit. 15.
n. 19.

Dominicus Bello in Collectaneis qua ad Missam attribuit n. 1. 4.

Gauantus
part. 4. tit. 18.
n. 13.

Petrus Casanova in sua annotati.

Roma im- moratio; idem fit in Quadragesima & tempore Pa
pressis 1630. schali

§. 16. In die Depositionis aut Anniversario ita die
debet Missa solennis Defunctorum, vt non omittatur
Missa conuentualis de officio occurrente, ratio-
ne cuius Canonici lucrantur distributiones; ex Decreto
Sac. Rituum Congreg. 25 Iunii 611.

Si incidat dies obitus in feriam, aut festa in quibus
non dicuntur Missæ votiuæ, tunc præter Missam con-
uentualem vna Missa solennis tantum celebratur de
Requiem; aliz verò priuatæ de officio occurrente, ap-
plicandæ tamen sunt defuncto.

Cantantur Si quis absens longè à nobis moriatur, si proximè
part. 4. tit. obierit, Missa pro eo dici potest prima vice vt in die Ter-
18. n. 18. tiorum, omisso tamen verbo *Tertium*.

TITVLVS VI.

De Translatione Festorum.

1. IN dicendis Missis seruetur ordo Breuiarii
de Translatione Festorum Duplicium &
Semiduplicium, quando maiori aliquo Festo,
seu Dominicâ impediuntur. In Ecclesijs autem,
vbi titulus est Ecclesiæ, vel concursus populi ad
celebrandum Festum quod transferri debet, pos-
sunt cantari duæ Missæ vna de die, alia de Festo;
exceptâ Dominicâ primâ Aduentus, Feriâ quartâ
Cinerum, Dominicâ primâ Quadragesimæ,
Dominicâ Palmarum cum tota Hebdomadâ ma-
iori, Dominicâ Resurrectionis, & Dominicâ Pen-
tecostes cum duobus diebus sequentibus. Die
Natiuitatis Domini, Epiphaniæ, Ascensionis, &
Festo Corporis Christi.

ANNOTATIONES.

§. 1. Nota ex hac Rubrica nouissimè recognita &
emendata solutiores leges Missæ quam Officij diuini,
& quia populus concurrat ad audiendam potius Mis-
sam quam Vesperas, & alias Horas, ideo conceditur,
post

Cantantur
comment in
Rubr. Mis-
sis part. 1.
tit. 6.

posse fi
to, ex
specifi
mum e
§.
brare i
chori,
sponde
Symbo
verò pr
citur S.
tis.
§. 3.
da eru
tera de
xionen
Pentec
de die
licet in
Missam
concur

1. C
morat
est cor
autem
des, in
eo, sec
minic
bus nu
uatis, c
in Off
quand
fit con
bratur

posse fieri alteram Missam solemnem de festo translato, exceptis tamen diebus in Rubrica superius posita specificatis; quia ab horum dierum mysterijs ne minimum quidem est aliò distrahendus populus.

§. 2. Quod si vnam tantum velint aut possint celebrare ij, qui ad Missam tenentur cantandam ratione chori, eam non debent omittere quæ Officio correspondet. Et si Festum translatum admittat in Missa Symbolum, poterit etiam illud dici in hac Missa: in fine verò prædictarum duarum Missarum Evangelium dicitur S. Ioannis, non aliud Feriæ, vel Festi occurrentis.

*Cauantur
loco citato.*

§. 3. Prædictæ item duæ Missæ eâ ratione cantandæ erunt, vt altera de die post Horam congruentem altera de Festo (cùm nullam habeat cum Officio connectionem) post Nonam, si hoc accidat in Temporibus Pentecostes, ambæ quidem post Nonam, sed illa prius de die quæ cum Officio concordat, postea de Festo: Et licet in hoc casu nulla Hora sit media inter vtramque Missam; tamen quia est casus vnicus, & priuilegiatus ob concursum populi.

*Cauantur
ibidem.*

TITVLVS VII.

De Commemorationibus.

1. **C**ommemorationes in Missis fiunt sicut in Officio. De Festo Simplici fit commemoratio in Missa, quando de eo in Officio facta est commemoratio in primis vespers. Quando autem de eo fit commemoratio tantum ad Laudes, in Missa solemni non fit commemoratio de eo, sed in Missis tantum priuatis. Excipitur Dominica Palmarum, & Vigilia Pentecostes, in quibus nulla fit commemoratio, etiam in Missis priuatis, de festo simplici occurrente, licet facta sit in Officio. De Dominica fit commemoratio, quando in ea agitur de festo Duplici. De Octaua fit commemoratio, quando infra Octauam celebratur aliquod Festum, nisi illud Festum fuerit de

de exceptuatis in Rubrica Breuiarij de Commemorationibus. Item quando infra Octauam fit de Dominica.

2. De Feria fit commemoratio in Aduentu, Quadragesima, Quatuor Temporibus, Rogationibus, & Vigilijs, quando Missa dicenda est de Festo illis temporibus occurrente. Sed in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis, vbi plures Sacerdotes quotidie celebrant, in Ferijs, Rogationibus, & Vigilijs prædictis, quæ habent Missas proprias, dicuntur duæ Missæ vna de Festo, alia de Feria, Rogationibus, & Vigilia, absque vlla vtrorumque commemoratione: in festis tamen maioribus primæ classis nihil fit de Vigilia occurrente, vt dictum est, supra.

3. Quando infra Hebdomadam dicuntur Missæ votiuæ, post primam Orationem semper dicitur Oratio eius de quo fit Officium, vt supra explicatum est in propria Rubrica.

4. Quando fit commemoratio de Feria Quatuor Temporum, pro Feriæ commemoratione dicitur prima Oratio, quæ concordat cum Officio.

5. In faciendis commemorationibus seruetur ordo, vt in Breuiario. De Dominica, ante diem infra Octauam; de die infra Octauam, ante Ferias prædictas; de Ferijs prædictis, ante festum simplex; de festo simplici, ante Orationes quæ secundo vel tertio loco dicendæ assignantur, & hæc dicantur ante Orationes votiuas: in quibus votiuis seruetur deinde dignitas Orationum, vt de S. Trinitate, de Spiritu Sancto, de Sacramento, de S. Cruce ante votiuam de B. Maria, & de Angelis, & S. Ioanne Baptista ante Apostolos, & similiter in alijs.

6. Si facienda fit commemoratio pro Defunctis, semper ponitur penultimo loco. In Missis autem

autem
pro v
uis &

7.
tant
tur: &
tüm

Dom
8.

vna
Orat
non
vel P
creti

6.
eleijs
cifica

obser
obedi
mam,

doque
tione
debet
cio di
nim C

nonici
quus.
Tertia
bilem
expres

S.
Choro
nūs si
Tit. 3. de
dua Ma
nam. e
euntur
cantant
Rituur
non po

autem Defunctorum nulla fit commemoratio pro viuis, etiamsi Oratio esset communis pro viuis & defunctis.

7. Quando dicuntur plures orationes, prima tantum & vltima cum sua conclusione terminantur: & ante primam & secundam Orationem tantum dicitur *Oremus*: ante primam dicitur etiam, *Dominus vobiscum*.

8. Cum verò dicuntur plures Orationes, & vna Oratio eadem sit cum alia ibidem dicenda, Oratio huiusmodi, illa scilicet quæ eadem est, non aliæ, commutetur cum alia de Comuni, vel Proprio, quæ sit diuersa. Idem seruetur in Secretis, & Orationibus post Communionem.

ANNOTATIONES.

§. 1. Rubrica hæc de cantandis duabus Missis, in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis diebus in ea specificatis; est de re grauissima, & strictissime à Canonicis obseruanda; tum quia præcipit Pius V. in virtute sanctæ obedientiæ in Bulla, vt decantetur Missa iuxta normam, ritum, & modum à se præscriptum, hoc est, quandoque duæ; Tum quia altera earum sine commemorazione alterius iuxta Rubricam superiùs expressam dici debet, & hoc modo altera non respondet integrè Officio diuino, in quo fit de Festo & Feria simul (Missa enim Conuentualis debet respondere integrè Horis Canonicis) tum etiam quia est ritus Ecclesiæ perantiquus. Præterea quia circumstantia illa temporis (post Tertiam altera, altera post Nonam) indicat esse notabilem ritum. Denique quia hæc de re Missale suis locis expresse monet Lectorem ne obliuioni tradatur.

§. 2. Notandum quod ambæ Missæ cantari debent Choro præsentem, nec sufficit, si altera legatur, multò minus si dicatur priuatim, absente Choro, quia Rubricæ Tit. 3. de Feria & Vigilia n. 1. expresse sic habent *Cantantur duæ Missæ vna de Festo post Tertiam, alia de Feria post Nonam.* ex quo patet dum hoc in loco Rubrica habet, *dicuntur duæ Missæ* per verbum *dicuntur* explicandum fit, *cantantur*. Quod ita strictè obseruandum censet sacra Rituum Congregatio, vt die 16. Maij 1626. decreuerit, non posse omitti alteram ex duabus Missis cantandis

*Gauantus
comment. in
Rubr. Missalis
part. 3.
tit. 11. n. 7.*

*Gauantus
part. 3. tit.
11 n. 8. & 11.*

ob celebrationem Capituli Canonorum; & iterum hoc idem die 16. Ianuarii 1627. asseruerit, ne duæ Missæ etiam ex necessaria negotiorum causa & capitulari omittantur.

*Gauantus
part. 1. tit. 7.
n. 2. lit. h.*

§. 3. Obseruandum deinde quod quando præscribuntur duæ Missæ cantandæ vna de festo, alia de Feria, aut Vigilia, si in Officio facta fuerit quædam commemoratio de Simplici, aut de die infra Octauam, hæc commemoratio faciendâ erit in Missa de festo, sed non in Missa de feria: Si verò faciendâ sit commemoratio ferie, aut Vigiliæ, fiet in Missa de feria, & non in Missa de Sancto.

*Castaldus
Praxi Car.
sect. 6. c. 3.
n. 20.*

§. 4. In quibus Ecclesijs, diebus Festis Sanctorum vna tantum celebratur Missa; In ijs dum Rubrica duas præcipit cantandas Missas, Missa Conuentualis erit de Sancto celebrabiturque post Tertiam, & in ea fieri debet Commemoratio Ferie, nam cessat ratio Rubricæ quæ ait in Ecclesijs Collegiatis, in quibus plures Sacerdotes quotidie celebrant.

*Epitome
Theauri Sa-
ctorum Ri-
tuum. Par. 1.
tit. 7. n. 6.*

§. 5. Occurrente festo Duplici in Dominica nunquam dicuntur duæ Missæ, vt in feriis priuilegiatis, quia Missa Dominicæ resumitur potest in Dominica, & vtraque dicenda esset post Tertiam quod inconuenient censetur.

*Gauantus
comment in
Rubr. Miss.
Part. 1. tit. 7.
n. 5. lit. h.*

§. 6. Dicit Rubrica sub n. 5. huius tituli quod in faciendis commemorationibus seruandus sit ordo, in quibus non paucis magna est difficultas; sed facile erit, eas in ordinem debitum redigere, si orationes omnes quæ dici possunt in Missa in tres classes diuidamus. Prima erit orationum officij: Secunda ordinariorum. Tertia extraordinariorum. Orationes officij sunt illæ quæ dictæ fuerunt in officio, & hæc primum locum occupant. Secunda sunt illæ quæ notantur secundo vel tertio loco dicendæ, & hæc cedunt tantum orationibus officij; Tertia sunt illæ quæ assumuntur ad libitum Sacerdotis, vel pro deuotione petentium, & hæc cedunt omnibus alijs v. g. si in officio semiduplici, fiat commemoratio de simplici, in Missa secunda oratio erit de simplici, tertia quæ secundo loco dicenda erat, puta, *A cunctis*, vel alia similis, & tertia (si sit ad libitum) poterit esse de sancto pro deuotione, nam sicut Oratio votiuæ v. g. de Spiritu Sancto cedit commemorationi Ferie simplicis, ita cedere debet orationibus quæ secundo vel tertio loco iubentur dici. Cæteris autem paribus attenditur dignitas eorum de quibus est Oratio. Quod et si

et si du-
gem pi-
nitatis
gendis
orationi-
cio.

§. 7
etionu
Aduen
ex n. 3.
quo fit

§. 8
do die
cum su
uandu
bus nin
Episco
ne Abb
his eni
ptum d
Quod n
ijsdem
quod in
conclusi

§. 9.
Trinitat
ditis sub
sub sine
sam voti
tantum
sione, in
bus Ad p
Missa vot
salis: sed
habentur
Sancto.

§. 10
nis S. Pau
diatè pos
S. Petri fi
rentur, qu
v. ceder
postolis q
ne venera
vincula 3.

etsi durum aliquibus videtur, est tamen rationale legem præponi arbitrio privati hominis, & ex communitatis præscripto agenda, omnino præponderant agendis ex privato affectu, quem sequitur Sacerdos in orationibus votiuis, quæ non concordant cum Officio.

§. 7. Quod si occurrat alicubi festum nouem lectionum in Vigilia intra Aduentum; in Missa oratio de Aduentu dici debet ante orationem Vigiliæ vt constat ex n. 3. huius Tituli quod oratio secunda debeat esse de quo fit officium.

*Gauantus
loco cit. lib. n.*

§. 8. Rubrica sub n. 7. huius Tituli habet vt quando dicuntur plures orationes prima tantum & vltima cum sua conclusione terminentur, quod temper obseruandum, exceptis tamen sequentibus actibus solennibus nimirum in Collatione Ordinum, Consecratione Episcoporum, Regum, Reginarum; item in benedictione Abbatum, Abbatissarum, Virginum, & Cœmiterij, his enim in casibus iuxta Pontificalis Romani præscriptum duæ vniuntur Orationes sub vno *Per Dominum*. Quod minimè faciendum in alijs Missis priuatis sub iisdem actibus fortè celebrandis, non enim datur casus quod in Missis priuatis dicantur duæ orationes sub vna conclusione.

*Gauantus
loco cit. lib. par. 4. tit. 17
n. 15.*

§. 9. Pro gratiarum actione dicitur Missa de sancta Trinitate, vel de Spiritu Sancto, vel de beata Maria aditis sub vna conclusione Orationibus quæ habentur sub fine Missalis recens recogniti & correcti post Missam votiuam de S. Trinitate ita vt in Missa solenni duæ tantum dicantur Orationes sub vna duntaxat conclusione, in Missis vero priuatis sub diuersis conclusionibus Ad postulandam gratiam Spiritus Sancti dicitur Missa votiuam de Spiritu Sancto quæ habetur in fine Missalis: sed mutatis Orationibus, dicuntur enim eæ quæ habentur in fine eiusdem Missæ votiuæ de Spiritu Sancto.

*Gauantus
loc. cit. n. 8
lit. q.*

§. 10. In votiuis Conuersionis aut Commemorationis S. Pauli facienda est commemoratio S. Petri immediate post primam Orationem, & idem ita in votiuis S. Petri fit commemoratio S. Pauli ne vnquam separentur, quos Ecclesia coniunxit. Sed melius est, earum vicedicere Missam votiuam communem de iisdem Apostolis quæ habetur sub fine Missalis cum intentione venerandi conuersionem S. Pauli aut cathedram vel vincula S. Petri.

*Gauantus
part. 4. tit. 17. n. 6.*

§. 11. Cùm

§. II. Cum dicuntur plures orationes, secreta & post Communiones, & vna ex iis sit eadem cum alia, eo casu prima manet, altera mutatur; & ita accidit in praxi, quia Celebrans, qui non prouidit Secretas, dicit primam de sancto; mox aduertens secundam esse eandem, non potest mutare secundam. Sed mutatio de Dominica, aut Feria, aut de ijs quæ sunt ad libitum fiet in proximè sequentem v.g. si fiat Officium de S. Martino Episcopo in Dominica 22. post Pentecosten, Orationes secreta sunt eadem: sed tunc Secreta Dominicæ 22. mutabitur in Secretam Dominicæ 23. & sic de alijs. Dicitur in Rubrica quod illa quæ eadem est, non alia mutetur, quia si prima oratio sit eadem, & secreta diuersa, nulla est ratio mutandi secretam: idem dicendum est de post-Communione.

TITVLVS VIII.

De introitu, Kyrieleyson, & Gloria in excelsis.

1. **I**ntroitus semper eodem modo dicitur cum *Gloria Patri*, vt in Ordinario, præterquam tempore Passionis, & in Missis Defunctorum, vt etiam ibi annotatum est.
2. *Kyrieleyson* dicitur nouies post Introitum, alternatim cum ministro, id est, ter *Kyrieleyson*, ter *Christeleyson*, ter *Kyrieleyson*.
3. *Gloria in excelsis* dicitur quando cunque in Matutino dictus est Hymnus *Te Deum*, præterquam in Missa Feriæ quintæ in Cœna Domini, & Sabbati Sancti, in quibus *Gloria in excelsis*, dicitur, quamuis in Officio non sit dictum, *Te Deum*.
4. In Missis Votiuus non dicitur, etiam tempore Paschali, vel infra Octauas, nisi in Missis beatæ Mariæ in Sabbato, & Angelorum: & nisi Missa Votiuua solemniter dicenda sit pro re graui, vel pro publica Ecclesiæ causa, dummodo non dicatur

atur Missa cum paramentis violaceis. Neque dicitur in Missis Defunctorum.

ANNOTATIONES.

§. 1. Si ex graui necessitatis causa fuerint Sabbato sancto alia (præter publicum Summum Sacrum) de licentia Superioris celebranda Missæ, eo casu forte sufficit incipere à Confessione, quâ finita, sine Introitu, dicat Sacerdos *Kyrieleyson* nouies, & reliqua cum uesperis usque ad finem Missæ qua de re uide Gauantum, loco hic citato.

Gauantum
part. 4. tit.
10. n. 43.
& 44.

§. 2. *Gloria in excelsis* dicitur in omnibus Missis uotiuis B. Mariæ quæ celebrantur in omni Sabbatho, etiam Aduentus, Quatuor Temporum, uigiliarum, seu festi semiduplicis, licet non sit factum de ea Officium, non uerò aliis diebus extra Sabbathum etiam si in Altari uel Ecclesia B. Mariæ Virgini dicata celebrentur, nisi ex priuilegio particulari quale dicitur concessum Ecclesiæ B. Mariæ Virginis Lauretanæ, ut ibidem in omnibus Missis de eadem dici queat *Gloria in excelsis*.

Gauantum
comment in
Rubr. Miss.
part. 1. tit. 8.
sub. n. 4. lit.
b.

§. 3. Idem *Gloria in excelsis* dicitur in Missa de Sancto, eo die quo in Calendario aut Martyrologio notatur, etiam si non fiat Officium, nec commemoratio de eo. Non dicitur in Missa in qua utimur colore violaceo etiam si fiat pro re graui, & solemniter ex S. Rituum Congregatione 19. Maij 1607. & expressè habetur hac in Rubrica supra n. 4. Res autem grauis censetur pro qua conuenit totus Clerus cum Episcopo in Ciuitate uidelicet, uel alio in loco, ubi populus conuenit cum uniuerso Clero, solemniter pro publica causa, uel re graui; quam censetur publica causa habetur infra: Tit. XI. §. 5.

Gauantum
loco citato.

§. 4. Non etiam dicitur *Gloria in excelsis* in Vigiliarum Missis quæ ueniunt infra Octauas, licet in Officio dictum sit *Te Deum laudamus* quia hæc Missa non concordant cum Officio. Et habetur hic ritus in Missali in Vigilia Apostolorum Petri & Pauli, quæ uenit infra Octauam Natiuitatis S. Ioannis Baptistæ & in Vigilia Assumptionis B. Mariæ Virginis, quæ cadit infra Octauam S. Laurentij.

Gauantum
loco cit. lit.
c.

§. 5. Errant grauiter qui ferè in omnibus Missis uotiuis non solum B. Mariæ Virginis, sed etiam alijs, dicunt Anglicum Hymnum *Gloria in excelsis* & illum omittendo maguam iniuriam inferri isti Sancto putant

Gauantum
loco citat.
sub. num. 4.

*e. consilium
de celebrat.
Missarum.*

tant in cuius honore Missam votiuam celebrant, hoc suam particularem deuotionem praeferentes auctoritati Ecclesiae aliter mandantis, & nullam facientes inter commemorationem & solemnitatem differentiam, quam omnes vtrique facere tenentur qui diligunt decorem domus Dei. nam sicut decor est illum in festiuitatibus recitare, ita decor est priuatis diebus illum ommittere, vt appareat differentia inter solemnitatem & commemorationem, iucundius etiam in festiuitatibus suscipitur, quod in profestis supprimitur & tacetur.

*Gauantus
loco cit. sub
lit. 2a*

§. 6. Idem porrò Hymnus *Gloria in excelsis* tum in Missis priuatis, tum solennibus, tum etiam in Choro vno eodemque modo dicendus est, non additis amplius ijs verbis, quae multis in Missalibus habentur, & ante Pium V. Pontificem Maximum in dicto Hymno Sacerdotibus in honorem B. Mariae Virginis addebantur videlicet *Domine fili unigenite Iesu Christe Spiritus uirginis alme orphanorum Paraclete, Domine Deus, Agnus Dei filius Patris Primogenitus Mariae Virginis Matris, Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. Ad Mariae gloriam. Qui sedes ad dexteram Patris miserere nobis, Per Mariae meritum. Quoniam tu solus Sanctus, Mariam sanctificans Tu solus Dominus, Mariam gubernans, Tu solus altissimus, Mariam coronans Iesu Christe.*

TITVLVS IX.

De Orationibus.

1. **I**N festis Duplicibus dicitur vna tantum Oratio, nisi facienda sit aliqua commemoratio, vt dictum est supra.
2. In festis semiduplicibus occurrentibus ab Octaua Pentecostes vsque ad Adventum, & a Purificatione usque ad Quadragesimam dicitur secunda Oratio *A cunctis*, tertia ad libitum.
3. In festis semiduplicibus occurrentibus ab Octaua Epiphaniae vsque ad Purificationem, dicitur secunda Oratio, *Deus qui salutis*; tertia *Ecclesiae*, vel pro Papa, *Deus omnium fidelium*.

4. In

4. In festis semiduplicibus à Feria quarta Cinerum vsque ad Dominicam Passionis, secunda Oratio de Feria, tertia, *A cunctis*.

5. In semiduplicibus à Dominica Passionis vsque ad Dominicam Palmarum, secunda Oratio de Feria, tertia *Ecclesia*, vel pro Papa.

6. In festis semiduplicibus ab Octaua Paschæ vsque ad Ascensionem, secunda Oratio de S. Maria, *Concede nos*: tertia, *Ecclesia*: vel pro Papa.

7. In festis semiduplicibus infra Octauas occurrentibus, secunda Oratio dicitur de Octaua, tertia, quæ secundo loco infra Octauam ponitur.

8. Infra Octauas Paschæ, & Pentecostes, in Missa de Octaua dicuntur duæ tantum Orationes, vna de die, alia *Ecclesia*, vel pro Papa.

9. Infra alias Octauas, & in Vigilijs quæ ieiunantur (excepta Vigilia Natiuitatis Domini, & Pentecostes) dicuntur tres, vna de die, secunda de S. Maria, tertia *Ecclesia*, vel pro Papa. Sed infra Octauas S. Mariæ, & in Vigilia, & infra Octauam omnium Sanctorum, secunda Oratio dicitur de Spiritu Sancto, *Deus qui corda*: tertia *Ecclesia*, vel pro Papa.

10. In Dominicis infra Octauas occurrentibus dicuntur duæ Orationes, vna de Dominica, secunda de Octaua: & in die Octaua dicitur vna tantum Oratio, nisi facienda sit aliqua commemoratio.

11. In Dominicis dicuntur tres, vt in Ordinario assignantur, quibusdam exceptis, vt suis etiam locis notatur.

12. In festis simplicibus, & Ferijs per annum, nisi aliter in proprijs locis noteretur, dicuntur tres, vt in semiduplicibus aut quinque: possunt etiam dici septem ad libitum.

13. In Ferijs Quatuor Temporum, & vbi plures

res leguntur Lectiones, huiusmodi plures Orationes dicuntur post ultimam Orationem ante Epistolam, ut suis locis in proprio Missarum Tempore.

14. In missis votiuus, quando solenniter dicitur pro re graui, vel pro publica Ecclesie causa dicitur vna tantum Oratio: sed in missa pro gratiarum actione additur alia Oratio, ut in proprio loco notatur. In alijs autem dicuntur plures, ut in festis simplicibus.

15. In votiuus B. Mariae secunda Oratio dicitur de Officio illius diei, & tertia de Spiritu Sancto, sed in Sabbato, quando de ea factum est Officium, secunda Oratio erit de Spiritu Sancto, tertia de Ecclesia, vel pro Papa, In votiuus de Apostolis quando ponitur Oratio *A cunctis*, eius loco dicitur Oratio de S. Maria, *Concede nos famulos.*

16. Si cum plures dicuntur Orationes, occurrit fieri commemorationem alicuius Sancti, ea ponitur secundo loco, & tertia Oratio dicitur, quae alias secundo loco dicenda erat.

17. In conclusione Orationum hic modus seruatur. Si Oratio dirigatur ad Patrem, concluditur, *Per Dominum nostrum, &c.* Si ad Filium, *Qui uiuis & regnas cum Deo Patre.* Si in principio Orationis fiat mentio Filij, concluditur *Per eundem Dominum nostrum.* Si in fine Orationis, eius fiat mentio, *Qui tecum uiuit.* Si facta sit mentio Spiritus Sancti, in conclusione dicitur, *In unitate eiusdem Spiritus Sancti, &c.* Alia quoque in dicendis Orationibus seruentur, quae superius in Rubrica de Commemorationibus dicta sunt.

ANNOTATIONES.

Caualtus §. 1. Imprimis sciendum quod etiam si liceat plurimas Orationes ad libitum dicere, hoc non esse intelligendum eo sensu, ut quascumque velit quis dicat, sed *Rubr. Miss. part. 1. tit. 9.* eas prius quae in Rubricis assignantur pro secunda vel tertia,

tertia & tunc post illas, quæ magis placent addi possunt cum debito tamen ordine ac numero. Non enim licet relinquere eas Orationes quæ assignantur secundo vel tercio loco dicendæ, & alias in earum locum sufficere.

§. 2. A Dominica prima Aduentus, vsque ad Vigiliam Natiuitatis Domini, post orationem diei dicitur oratio *Deus qui Beata Maria & Ecclesia tua* vel *Deus omnium fidelium* vt in Missali ipsa Dominica prima Aduentus habentur. Si autem facienda sit commemoratio alicuius festi simplicis, post orationem diei dicitur Oratio de Sancto & tertia de S. Maria *Deus, qui de Beata Maria &c.*

Gauantus
p. 1. tit. 9. no. 2
& p. 4. tit.
17 n. 30.

§. 3. In tertia oratione ad libitum cauere debet sacerdos celebrans pro sua modestia, ne in Missa cui interest proprius Episcopus, vel eo maior, vel magnus Princeps dicat orationem pro seipso. tunc enim orandum est potius pro ipso Episcopo seu Principe præsentem, idque ob reuerentiam eorundem maiorum.

§. 4. Dicitur sæpè Oratio *Acunctis*, quia ibi fit memoria de Sanctis, quorum sæpè fit commemoratio in Laudibus & Vesperis Horarum Canoniarum non tamen commemoratio de Cruce, quia tota Missa est de Cruce. Si seruetur Octaua de festo Purificationis Beatissimæ Mariæ Virginis, infra ipsam Octauam in Missa votiuæ, vel de Sancto celebrata, Orationes dicentur vt tempore Natiuitatis Domini.

Gauantus
loco cit. par.
1. tit. 9. sub
num. 2.

§. 5. Litera N. in Oratione *Acunctis* exigit expressionem nominis Patroni seu Titularis Ecclesiæ vbi celebratur. Aliquando additur cognomen familiæ, vel etiã nomen ab aliquo catu aut alio modo, v. g. Petri Calestini, Ioannis Chrylostomi, nunquam vero additur nomen ratione loci, vt Ioannis Damasceni, aut Nazianzeni quod in Officio & Missa seruari debet. Et licet sit expressum in Calendario, vt Borromæi, non tamen dici debet in oratione nisi sit etiam expressum.

§. 6. Si Missa votiuæ dicatur de Patrono seu Titulari Ecclesiæ, Celebrans taceat in Oratione *Acunctis* nomen ipsius Patroni seu Titularis, ne de eodem bis fiat mentio in Collectis, vel ad libitum nominet vice illius alium pro sua deuotione.

Gauantus
loco cit. par.
1. tit. 9. sub
n. 15. lit. h.

§. 7. Aduerte in ipsa Oratione *Acunctis* pro dignitate Patroni nominandi in littera N. ante Apostolos nominationem fieri, vt S. Michaelis, vel S. Ioannis Baptistæ nomen præponitur Apostolorum nominibus, sicut de

Gauantus
loco citat.
part. 4. tit. 17
num. 29.

creuit S. Rituum Congregatio 22. Augusti 1620. atque in Missali Urbani Papæ VIII. auctoritate recognito præscriptum bitur circa finem inter Orationes ad diuersa dicenda in Missa, ad libitum sacerdotis.

*Cantantur
loco citato.
sub n. 5.*

§. 8. In festis semiduplicibus à Dominica Passionis vsque ad Dominicam Palmarum occurrentibus, dicuntur tantum duæ Orationes in Ecclesijs ubi duæ Missæ cantantur, videlicet vna de festo, alia *Ecclesia*, vel pro Papa. Vbi verò dicitur tantum vnica, scilicet Missa de festo, dicuntur tres Orationes quarum secunda est de feria, tertia *Ecclesia* vel pro Papa sicuti etiam in Missis priuatis de festo, & etiam dicuntur in Missis votiuus tres.

*Cantantur
loco cit. n. 8.
& par. 4. tit.
II. n. 2.*

§. 9. Infra Octauas Paschæ, & Pentecostes, in Missa de Octaua si faciendâ sit commemoratio alicuius festi simplicis; omittitur tertia Oratio quæ deberet esse *Ecclesia*.

*Cantantur
loco cit.
sub n. 10.*

§. 10. In Dominicis priuilegiatis, fit tantum commemoratio de die Octaua, quæ non transfertur, & tunc in Missa secunda oratio erit de die Octaua. Neque tertia Oratio dicitur, quia dies Octaua est nobilior quàm dies Dominica infra Octauam, in qua duæ tantum dicuntur.

*Cantantur
loco cit. sub
n. 16.*

§. 11. Si cum plures dicuntur Orationes, occurrat fieri commemorationem alicuius Sancti non ad libitum sacerdotis, sed eius, cuius facta est in officio commemoratio ponitur ea secundo loco, vt in Sabbato, quando factum est Officium B. Mariæ Virginis cum commemoratione festi simplicis, tunc enim oratio de Spiritu Sancto erit tertio loco dicenda quod etiam valet in Missis non votiuus. Atque hinc ille ritus non multum placet dicendi quatuor Orationes in ferijs Quadragesimæ, primam de feria, secundam de Vigilia, vel festo simplici tertiam *A cunctis*, & quartam *Omnipotenti* vel adde quintam, vel deme quartam.

*Cantantur
loco cit. sub
n. 16.*

§. 12. Quando contingit a Summo Pontifice, aut Episcopo Diocesano mandari, vt pro publica Ecclesiæ causa quotidie dicatur Oratio *Deus refugium nostrum*, aut alia; tunc Oratio hæc dicitur loco tertia ad libitum, vel additur tanquam commemoratio in Duplicibus, Semiduplicibus, & Dominicis. At Sacra Rituum Congregatio die 28. Augusti 1670. omitti decreuit regulariter prædictam Orationem in classis primæ classis; In festis verò secundæ classis communior vsus habet, vt addatur in Missis priuatis, & in solenniõibus omittatur.

Ita

Ita verò ad quæ in Missa assignantur

§. 13. Quod festi simplicis nauigantibus. Quod si uare uoluerit deuotionis officio quod so *Memento* uotio Celestos ritus tendit, præsequetur, in Rubricæ parcendo

§. 14. atissima latus, Passio in Missis idem.

§. 15. cium, sed illius, dictum est factum est cenda erata. Ex uot eo die ob Hymnus.

§. 16. rus, additam Papæ Imperat

De E

i. P
tis. Et

Ita verò addatur hæc oratio, vt nulla omittatur ex ijs, quæ in Missali cuique Missæ singillatim & nominatim assignantur.

§. 13. Quidam in Missis festi duplicis instar collectæ festi simplicis addere solent orationem pro infirmis, nauigantibus, peregrinantibus aut alijs priuatis necessitatibus. Consultius tamen, qui Rubricas strictè obseruare voluerit faciet, si omissis huiusmodi Orationibus deuotioni, vel occurrentibus necessitatibus, ipso sacrificio quod offertur, nec non interiori actu mentis in ipso *Memento* satis facere studeat. acceptior enim erit deuotio Celebrantis si obedientiam præstando, iuxta statutos ritus, suum exequatur munus, & facilius quod intendit, propitiatorio, atque impetratorio sacrificio consequetur, & ideo summo studio omnia & singula, quæ in Rubricis habentur, ne ipsis quidem minutioribus parcendo, obseruare oportet.

Castaldus
praxi carem.
lib. 2. Sect. 3.
c. 3. n. 6.

§. 14. Oratio de Spiritu sancto in Missis votiuus Beatisimæ Mariæ semper dicitur, etiam tempore Auentus, Passionis, & Paschali, sed Oratio *A cunctis* nunquam in Missis B. Mariæ dicitur, ne noua fiat mentio de eadem.

§. 15. In Missa de Sancto, de quo non recitatur Officium, sed Missa tantum, ad eiusdem Altare, in die festo illius, dicuntur tres Orationes, secunda de eo de quo factum est Officium; tertia quæ aliàs secundo loco dicenda erat. Est enim hæc Missa ex votiuo & festiuo mixta. Ex votiuo, quia discordat ab Officio, ex festiuo, quia eo die obiit Sanctus de quo Missa: & ideo dicitur in ea Hymnus Angelicus.

§. 16. In Oratione pro Imperatore, si non est coronatus, additur electi titulus, sicut circa finem Missalis Verbam Papæ VIII. auctoritate recogniti ad Orationem pro Imperatore annotatur.

TITVLVS X.

De Epistola, Graduali, Alleluia, & Tractu, ac
de Euangelio.

1. **P**ost ultimam Orationem dicitur Epistola qua finitâ à ministris responderetur *Deo gratias*. Et similiter quando leguntur plures Lectio-

nes, post singulas dicitur, *Deo gratias*, præterquam in fine quintæ Læctionis Danielis in Sabbato Quatuor Temporum, & in fine Læctionum Feriæ sextæ in Parasceue, & Sabbati Sancti.

2. Post Epistolam dicitur *Graduale*, quod semper dicitur, præterquam Tempore Paschali, cuius loco tunc dicuntur duo versus, ut habetur in Rubrica in Sabbato in Albis,

3. Post *Graduale* dicuntur duo *Alleluia* deinde versus, & post versum, vnum *Alleluia*, Tempore Paschali, quando non dicitur *Graduale*, dicitur aliud *Alleluia*, post secundum versum: & quando dicitur *Sequentia*, non dicitur post vltimum versum, sed post *Sequentiam*.

4. A Septuagesima vsque ad Sabbatum sanctum non dicitur *Alleluia*, neque dicitur in Missis de Fera in Aduentu, Quatuor Temporibus, & Vigilijs quæ ieiunantur, exceptis Vigilia Natiuitatis Domini, si venerit in Dominica, & Vigilia Paschæ & Pentecostes, ac Quatuor Temporibus Pentecostes Nec dicitur in Festo SS. Innocentium, nisi venerit in Dominica.

5. A Septuagesima vsque ad Pascha, eius loco dicitur *Tractus*, qui *Tractus* prædicto tempore in aliquibus Ferijs non dicitur, ut suis locis ponitur: nec dicitur in Ferijs à Septuagesima vsque ad *Quadragesimam*, quando repetitur *Missa Dominicæ*.

6. Dicto *Graduali*, seu *Alleluia*, seu *Tractu*, dicitur *Euangelium*. Et in principio *Euangelij* dicitur *Dominus vobiscum* Resp. *Et cum Spiritu tuo*, deinde *Sequentia Sancti Euangelij* secundum N. Resp. *Gloria tibi Domine*. In fine *Euangelij* à ministro responderetur. *Laus tibi Christe*: quod etiam dicitur in fine illius partis *Passionis*, quæ legitur in toto *Euangelij*, præterquam in *Parasceue*. Postea si dicendum est, dicitur *Credo*.

ANNO

§. 1.
luia cum
tempore§. 2.
Ecclesia
Paschæ,
luia dici§. 3.
uatore
cto aut
Paschal
tudo, d
liorum
tuor M
Pentec
non inI. S
fiat d
nica v
& de
stoli
quin
ctior
per C
Corp
stis B
Apo
vtra
Vinc
nis S
tam
stis

ANNOTATIONES.

§. 1. In Missis de Ferijs in Aduentu, omittitur *Alleluia* cum suo versu, sed non in votiujs, quæ dicuntur eo tempore.

§. 2. *Alleluia* dicitur in Festo SS. Innocentium in Ecclesia vbi sunt Patroni, aut Titulares. Infra Octauam Paschæ, si dicitur Missa solemnis votiuæ, duplex *Alleluia* dicitur, licet dicatur *Graduale* in Missa de Octaua.

§. 3. Sequentiæ *Veni sancte Spiritus* & *Lauda Sion Saluatorem* non dicuntur in Missis Votiujs de Spiritu sancto aut de Corpore Christi, etiamsi dicantur tempore Paschali & solemniter. In quibuscûq; Ecclesijs est consuetudo, dicendi Sequentias etiam in festo Patroni aut aliorum festorum. Romana verò Ecclesia non nisi in quatuor Missis vtitur Sequentijs, nimirum, in festis Paschæ; Pentecostes, Corporis Christi & per Octauas eorum, nec non in Missis Defunctorum.

TITVLVS XI.

De Symbolo,

I. **S**ymbolum dicitur post Euangelium in omnibus Dominicis per annû, etiam si in illis fiat de Festo in quo aliàs non diceretur, vel Dominica vacet. In tribus Missis de Natiuitate Domini, & deinceps vsq; ad Octauam beati Ioannis Apostoli inclusiue In Epiphania, & per Octauâ Feriâ quintâ in Cœna Domini. In Paschate Resurrectionis, & per Octauâ. In Ascensione Domini, & per Octauâ In Pentecoste, & per Octauâ In Festo Corporis Christi, & per Octauâ. In omnibus Festis B. Mariæ, & per Octauas. In festis duodecim Apostolorû, & Euangelistarû, & per Octauas. In vtraque Cathedra S. Petri, & in Festo S. Petri ad Vincula. In Festis Conuersionis & Cômemoratio nis S. Pauli Apostoli In Festo S. Ioannis ante Portam Latinâ In Festo S. Barnabæ Apostoli. In Festis Inuentionis, & Exaltationis S. Crucis, In Trâs-

figuratione Domini. In Festis Angelorum. In Fef-
 fto S. marie magdalena. In Festis quatuor Docto-
 rum; videlicet Gregorij, Ambrosij, Augustini, &
 Hieronymi, addito Fefto S. Thomae de Aquino,
 & S. Bonaventurae Item in Festis Doctorum A-
 rhanasij, Basilij, Gregorij Nazianzeni, & Ioannis
 Chrysoftomi. In die Octavarum S. Ioannis Bap-
 tista, & S. Laurentij. In Fefto Omnium Sanctorum,
 & per Octavam. In Dedicationibus Sancti Salua-
 toris, & Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli.
 In Anniuersario Dedicationis propriae Ecclesiae
 & per Octavam. In die Consecrationis Ecclesiae,
 vel Altaris. In Festis Sanctorum quibus dedicata
 est Ecclesia, & vbi habetur Corpus, vel insignis
 reliquia Sancti, de quo agitur. In die Creationis,
 & Coronationis Summi Pontificis, & in Anni-
 uersario eiusdem diei. In die & in Anniuersario
 Electionis & Consecrationis Episcopi. Item in
 omnibus Festis, quae in Dominicis, & infra Octa-
 uas celebrantur, in quibus ratione Dominicae &
 Octavae dici debet. Item in Fefto Patroni alicuius
 loci, vel tituli Ecclesiae (non autem alicuius Ca-
 pellae, vel Altaris) & in Festis principalibus Ordini,
 & per eorum Octavas, in Ecclesijs tantum
 illius Ordinis. Item dicitur *Credo* in missis votiujs,
 quae solenniter pro re graui, vel publica Ecclesiae
 causa celebrantur, etiam si dicantur in Paramen-
 tis violaceis in Dominica.

ANNOTATIONES.

§. 1. Symbolum dicitur in Missa vt supra in Rubrica
 specificatur, & in Missali suis proprijs locis notatur,
 praeterea singulis diebus Dominicis & infra Octavas
 Sanctorum in quorum fefto, dicitur Symbolum.

Gauantus
comment. in §. 2. In fefto Translationis Sanctorum non dicitur
Rubr. Miss. cipalis tantum Patroni concedere solet S. Rituum Con-
Part. I. Tit. gregatio. Si tamen sit fefum Translationis alicuius
 §. n. 1. §. h. Sancti qui requirat Symbolum in fefto proprio v. g. si sit
 Doctor

Doctor E
 etiam Sy
 idem vid
 de SS. Sac
 de Corpore
 dum vid
 quando t
 sicut die
 plia fe
 tur.

§. 3.
 bus dedi
 signis R
 celebra
 Reliqui
 tuum C
 Crus, au
 tyr mod
 Episcop
 tis que
 sicut ex
 Roman
 fixo, fusi
 grum, a
 Missa re
 gatio di

§. 4
 uas, hab
 dicitur
 Rubric
 ci, eade
 ri, si no
 illa pr
 votiu
 sa infra
 alias d

§. 5
 in hac
 cit, no
 fut, sol
 dicatu
 bus fe

§. 6
 Missa f
 cum p

Doctor Ecclesiæ, vel Apostolus &c. videtur dicendum etiam Symbolum licet festum sit tantum semiduplex; idem videtur dicendum qualibet feriâ quintâ in Missâ de SS. Sacramento in Ecclesijs in quibus sit Officium de Corpore Christi sub ritu semiduplici, quod & dicendum videtur in Sabbato ad Missam de B. Maria Virgine, quando seruetur Officium de ea sub ritu semiduplici, sicut dicitur in Dominicis quæ sunt tantum semiduplicita festa. Quæ tamen meliori iudicio submituntur.

§. 3. Rubrica concedit vt in festis Sanctorum quibus dedicata est Ecclesia, & vbi habetur corpus, vel insignis Reliquia sancti de quo officium duplex & Missa celebratur, dici queat symbolum; quæ vero sit insignis Reliquia Sancti, ratione cuius dici possit *Credo* Sacra Rituum Congregatio declarauit esse, Caput, Brachium, Crus, aut illam partem corporis in qua passus est Martyr modo sit integra, nec nimis parua & legitimè ab Episcopis Ordinarijs Diocesanis approbata & de sanctis quorum nomina saltem in Martyrologio leguntur sicut ex eiusdem Congregationis Decreto, Breviarijs Romanis auctoritate Urbani Papæ VIII, recognitis, præfixo, fusiùs licet videre. Quod si Corpus habeatur integrum, aut illius magna pars, à fortiori Symbolum in Missa recitari debet: vt declarauit S. Rituum Congregatio die 3 Iunii 1617. & die 8. Aprilis 1628.

Gauantus
loco citato.

§. 4. In Missis Vigiliarum, quæ veniunt infra Octauas, habentes Symbolum; non dicitur *Credo*, sicut neque dicitur *Gloria in excelsis* quod habetur in Missali ex simili Rubrica in Missa Litaniarum maiorum in festo S. Marci, eadem est ratio in his Ferijs maioribus: imò à fortiori, si non in Rogationibus, ergo nec in Vigilijs, quibus illa præstant. Atque consequenter non dicitur in Missis votiujs, quæ non pro re graui, vel publica Ecclesiæ causa infra Octauam aliquam, aut in festo aliquo, in quo alias dicendum esset, celebrarentur.

Gauantus
ibidem lit. 2. n.

§. 5. In festo alicuius Patroni Altaris, aut Capellæ, in hac Rubrica non specificato, vt Rubrica expressè dicit, non dicitur *Credo* etiam si sit magnus populi concursus, solus enim concursus populi non facit vt legitimè dicatur *Credo*: alioquin in Ecclesijs ruralibus in omnibus festis dicendum esset *Credo*.

Gauantus
loco citato

§. 6. Videtur etiam dicendum *Credo*, si celebretur Missa solenniter pro re graui, vel publica Ecclesiæ causa cum paramentis violaceis, in festis quæ illud requirunt,

v.g. Apostolorum, aut Doctorum &c. Nunquam tamen dicitur *Credo* in Missis votiuus priuatis. Est autem re grauis pro qua conuenit Episcopus cum Clero & populo. Publica verò causa dicitur ob quam Oratio fit solennis 10. vel 40 horarum per gyrum, & quando fiunt Comititia generalia seu prouincialia Regularium pro electione Officialium, in his enim & similibus casibus dicuntur *Gloria in excelsis*, vnica Oratio, *Credo* & Præfatio in Missis tantum solemnibus, minime autem in Missis priuatis eodem tempore dicendis, vt bene annotauit Dominicus Bello in suis collectaneis sub num. 26. Roma impressis 1630.

§. 7. Dicendum erit *Credo* in Vigilijs Natiuitatis Domini, & Epiphania, & in Octaua SS. Innocentium, si uenerint in Dominica, nimirum ratione Dominicæ.

TITVLVS XII.

De Offertorio, Secretis, Præfationibus, & Canone.

1. **P**ost Symbolum, vel si non dicendum, post Euangelium, dicitur *Dominus uobiscum*, *Oremus*, deinde *Offertorium*: postea fit oblatio cum Orationibus, vt in ordine Missæ. Quâ oblatione factâ, dicuntur *Orationes Secretæ*, secundum numerum Orationum quæ clarâ voce in principio dictæ sunt: sed ante primam Orationem non dicitur, *Dominus uobiscum*, nec aliquid aliud, sed dicto. *Suscipiat Dominus sacrificium*, absolute dicuntur: neque etiam ante secundam Orationem dicitur *Oremus*. Terminatur autem prima & vltima Oratio, vt dictum est supra in Rubrica de Orationibus, & secretò dicuntur vsque ad illa verba in conclusione, *Per omnia secula seculorum*, quæ clarâ voce proferuntur, & incipitur *Præfatio*.

2. Præfationes autem dicuntur vt in ordine Missæ annotatum est, & quæ in Quadragesima, Tempore Passionis, & Paschali, & infra Octauas propriæ assignantur, dicuntur etiam in Dominicis

cis & Fe
nisi illa

3. Si
Præfati
ionibus
citur Pr
fiat com

4. In
propria
rint, dic
fia qua
alio qui
Missæ v

bratur,
In Miss
semper

5. P
secretò
sæ. Vbi
Hanc ig
proprij

§ 1
mus, qu
test dic
Oratio
ante Ep

§ 2
ultima
Epistol
vsque a
non in
plures
finem.

§ 3
Præfat
In miss
Præfat
Octau
Pascha

cis & Festis quæ illis temporibus celebrantur: nisi illa Festa propriam Præfationem habeant.

3. Si infra Octavam alicuius Festi, quod habet Præfationem propriam, occurrat Festum ex maioribus non habens propriam Præfationem, dicitur Præfatio de Octava, quamvis de ea nulla fiat commemoratio in Missa.

4. In Missis votivis dicitur etiam Præfatio propria si propriam habeant, si verò non habuerint, dicitur Præfatio de tempore, vel Octava, infra quam contigerit huiusmodi Missas celebrari: alioquin Præfatio communis. Et quando aliqua Missa votiva pro causa publica solenniter celebratur, dicitur in cantu solenni ut in Duplicibus. In Missis Defunctorum quocumque tempore semper dicitur Præfatio communis.

5. Post Præfationem incipitur *Canon Missæ* secretò, in quo seruentur omnia ut in ordine Missæ. Vbi verò infra actionem *Communicantes*, & *Hanc igitur*, vel alia variari contingit, suo loco in proprijs Missis adnotatur.

ANNOTATIONES.

§ 1. Ad Orationes secretas semper omittitur *Oremus*, quia Orationes dicendæ sunt secreto, ergo non potest dici *Oremus* quia nullus est qui audiat inuitantem. Orationes verò prædictæ dicuntur eodem modo quo ante Epistolam excepto *Oremus* & *Dominus vobiscum*.

§ 2. In secretis Orationibus terminatur prima, & ultima Oratio, usque ad finem ut in Orationibus ante Epistolam Et reuera verba illa (*Orationes dicuntur secretò usque ad illa verba in conclusione Per omnia secula seculorum*) non impediunt quominus prima Oratio secreta, cum plures dicuntur, terminetur integrè & secreto, usque ad finem. In que non pauci errant.

§ 3. In Missa solenni de feria privilegiata, dicitur Præfatio communis non autem de festo occurrente; In Missa de Litanijs maioribus in festo S. Marci dicitur Præfatio de tempore Paschali tono feriali etiam infra Octavas Paschæ, non autem de Apostolis, nec de Octava Paschæ, quia hæc est solennis. Item dicendum de Lita-

*Gallantus
comm. in
Rubr. Missæ
part. 1. tit. 22
jub. 2. lit. 2.*

nijs minoribus, ita vt dicatur Præfatio de tempore Paschali in tono feriali, licet in alijs Missis dicatur Præfatio de festo. Similiter in missa feriæ quartæ Quatuor temporum occurrentium in die Natiuitatis B. Mariæ: & etiam in festo S. Thomæ quando occurrit in quatuor temporibus Aduentus; eodem modo in missis Vigilia Natiuitatis S. Ioannis, aut Apostolorum Petri & Pauli, dum infra Octauam Corporis Christi occurrunt, Præfatio communis non de festis dicitur, ita S. Rituum Congregatio 12. Decemb. 1612.

*Gauantus
ibid. sub n. 5.
tit. d.*

§. 4. Missæ votiuæ infra Octauam Natiuitatis Domini non aliam habent Præfationem quam de eiusdem Natiuitate, quamuis propriam habeant aliundè; sicut & festum Sancti Ioannis Apostoli & Euangelistæ, argumento à fortiori.

*Gauantus
loco citato
n. 5. sub
tit. g.*

§. 5. Non ideo *Communicantes* vnitur Præfationi vt simul vel dicantur vel omittantur: sed vt facilius vtrumque reperiat. Datur enim casus quo separari debeat *Communicantes* à sua Præfatione, vt si infra Octauam Ascensionis Domini occurrat festum Sanctorum Philippi & Iacobi, Præfatio erit de Apostolis, *Communicantes* de Ascensione licet in missa nulla fiat commemoratio de Octaua, idemque contingere potest in Inuentione S. Crucis & in missis solennibus votiuis quæ dicuntur intra eandem Octauam & habent Præfationem propriam, vt definiisse Sacram Rituum Congregationem 28. Augusti 1627. testatur Dominicus Bello in Collectaneis ad Missam attinentibus Romæ 1630. impressis sub n. 31. ratio esse potest, quia *Communicantes* habet intra illam Octauam quasi rationem de tempore sicut haberet etiam Præfatio de Octaua in prædictis festis, si propriam Præfationem non haberet vt dictum fuit supra in Rubricis n. 3. & 4. Et quamuis nulla fiat commemoratio de Octaua, dicitur tamen *Communicantes*; sicut in Officio dicitur ad Primam & alias Horas in fine Hymnorum in prædictis festis.

Iesu tibi sit gloria.

Qui victor in cælum redis.

§. 6. *Communicantes* nunquam dicitur in missis Defunctorum intra quascumque Octauas fortè dicendis.

De Com
Ite M

1. E
Commu
modo
Domini
dicam
dicitur
sis. Cū
mus Do
rum di

2. I
brante
sis Del
Ioann
& Init.
quam
sto in
uange
cipitu
gelius
occur
Offic
tatis I
phani
maru
quod
etiam
curru
ribus

TITVLVS XIII.

De Communione, Orationibus post Communionem,
Ite Missa est, vel Benedicamus Domino,
de Benedictione, & Euangelio
S. Ioannis.

1. **E**Xpleto Canone, & alijs omnibus vsque ad Communionem, eâ peractâ dicitur *Communio & Orationes post Communionem*, eodem modo & ordine vt in principio Missæ: & repetito *Dominus vobiscum*, dicitur, *Ite Missa est*, vel, *Benedicamus Domino*, pro temporis ratione. *Ite Missa est*, dicitur quando cumque dictum est, *Gloria in excelsis*. Cùm non dicitur, eius loco dicitur, *Benedicamus Domino*. Resp. *Deo gratias* In Missis Defunctorum dicitur, *Requiescant in pace* Resp. *Amen*.

2. Dicto *Placeat*, datur *Benedictio*: quæ à Celebrante semper datur in Missa, præterquam in Missis Defunctorum. Deinde legitur Euangelium S. Ioannis, *In principio*, præmisso *Dominus vobiscum*, & *Initium*, vt moris est: quod Euangelium nunquam præmittitur in Missa, nisi quando fit de Festo in aliqua Dominica, vel Feria quæ habet Euangelium proprium, quod legitur eius loco. Excipitur Dominica quarta Aduentus, cuius Euangelium non legitur in fine Missæ, quando in ea occurrit Vigilia Natiuitatis Domini, quia nec in Officio lectum est. In tertia Missa de die Natiuitatis Domini legitur in fine Euangelium de Epiphania, *Cum natus esset Iesus*. Et in Dominica Palmarum in Missis priuatis legitur Euangelium quod ponitur in benedictione Palmarum, quod etiam lectum est in Officio. In vigilijs quæ occurrunt in Quadragesima, vel Quatuor Temporibus, non legitur Euangelium Vigiliæ in fine

Missæ. Et similiter in Missis votiuis nunquam legitur in fine aliud Euangelium, nisi S. Ioannis.

ANNOTATIONES.

*Gauantus
comment. in
Rubr. Miss.
Part. 1. tit.
§ 3. sub n. 2.
lit. 4.*

§. 1. Quando dicuntur duæ missæ altera de festo, & altera de feria, absque vlla vtrorumque commemoratione, legitur Euangelium S. Ioannis in fine vtriusque.

§. 2. Euangelium respondens Officio vel nobiliori loco legendum, vel omnino omittendum. Idcirco in votiuis semper dicitur Euangelium S. Ioannis.

§. 3. Errant contra supradictam Rubricam, qui in tertia missa Natiuitatis Domini bis recitant Euangelium S. Ioannis in initio, & fine missæ, cum post tertiam illam missam loco prædicti Euangelij dicendum sit Euangelium. *Cum natus esset Iesus* quod habetur in die Epiphaniæ Domini vt supra annotatum.

§. 4. Si occurrat Vigilia infra Octauam Corporis Christi, quia missæ priuata sunt de Octaua, in his debet dici Euangelium de Vigilia, in fine missæ, quia dictum est Euangelium ad matutinas.

TITVLVS XIV.

De ordinanda Missa ex supradictis Rubricis.

I. **S**upradictis Rubricis cognitis si quis velit ordinare Missam diei, recurrat ad Ordinarium Missarum de Tempore, vel de Sanctis, secundum qualitatem Officij. Si proprium non habeat, recurrat ad Commune Sanctorum. Si de Feria agendum sit, & propria Missa non fuerit de Feria, dicatur Missa præcedentis Dominicæ, omisfis *Gloria in excelsis*, & *Symbolo*: præterquam Tempore Paschali; in quo semper dicitur *Gloria in excelsis*, vt supra, exceptâ Missâ Rogationum: & in Auentu prætermittitur *Alleluia* post *Graduale*, cum suo Versu. Si dicenda sit Missa votiuæ, requi-

requira
Si plure
post M
singulæ
berur p
fis, circ
Præfati
tur suo
pore.

Hic a
no non
probata
reicta,
decim A
gatione
in calce
eodem
Missa de
certis R
Ordinis
Roman
rum me
um Cot
facular
mano n
proprij
les Offi
Sanctis
tio Rit
da effe
ni Præc
Congre
Missa v
exquir
& obse
omnib
vero n
cum O
Coron
fione r
adeant

requiratur post Commune Sanctorum suo loco. Si plures Orationes dicendæ sint, requirantur post Missas Votiuas, suo loco de singulis rebus singulæ. Si pro Defunctis dicenda sit Missa, habetur post missas votiuas, cum Collectis diuersis, circa finem missalis Ordo totius missæ, cum Præfationibus, Canone, & alijs dicendis, habetur suo loco, cum proprio missarum de Tempore.

ANNOTATIO.

Hic aduertendum quod Missæ, quæ in Missali Romano non habentur, aut à Sede Apostolica nondum approbatæ, aut à Sacra Rituum Congregatione expressè reiectæ, licitè celebrari non possunt. Vnde Missa de *quindecim Auxiliatoribus*, reiecta est à Sacra Rituum Congregatione die 16. Ianuarij 1617. ita, vt neque retineri possit in calce Missalis, sub pœnis librorum prohibitorum: eodemque modo reiecta est Missa de *Patre aeterno*, & Missa de *S. Gregorio pro viuis & Defunctis*. Similiter Missæ certis Regularibus tantùm concessæ, puta de Sanctis Ordinis eorum, aut alijs quæ non habentur in Missali Romano, non possunt ab alijs dici, nec etiam in ipsorummet Regularium Ecclesijs, ex Decreto Sacra Rituum Congregationis 19. Nouemb. 1622. neque à Capellanis secularibus proprijs in Ecclesijs Monialium quæ Romano non vtuntur Breuiario. Quo casu Missam quidem proprij Capellani, recitabunt de Sancto, de quo Moniales Officium, sed cum Missali Romano, vt in Proprio de Sanctis, vel de Comuni; quod eadem sacra Congregatio Rituum decreuit die 20. Nouemb. 1628. Vnde si dicenda esset Missa *Sacratissimi Rosarij*, concessa tantùm Ordini Prædicatorum, & alijs prohibita à Sacra Rituum Congregatione die 25. Iulij 1622. & die 8. Aprilis 1628. fiat Missa vt in festo S. Mariæ ad Niuës, vel dicatur Votiuæ ex quinque assignatis pro diuersitate temporum, quod & obseruandum de Missa *Sanctæ Mariæ de Carmelo* non omnibus communis, sed tantùm Carmelitis. Quod si vero nulla sit Missa in Missali Romano, quæ concordet cum Officio Monialium, puta de nomine Iesu, de Spinea Corona & similibus, eo casu Missam de Cruce, vel Passione recitare poterunt; vel certè pro debita licentia adeant sacram eandem Congregationem; Quia illa

Gauantus
Part. 3. Tit.
10. n. 16. &
part. 4. Tit.
15. n. 22. &
Tit. 17. n. 9.
& 14.

quas cumque Missas sicut etiã Officia ab eadẽ nõ appro-
bata prohibuit, reiecit omnino, & damnauit respectiue
& pro prohibitis, reiectis & damnatis haberi voluit.
Aprilis 1628. De hoc Decreto testatur Dominicus Belli
in Collectan. ad Missam attinentibus n. 40. Romæ im-
pressis 1630. Sicut & pater ex eiusdem S. Congregatio-
nis Decreto, Missali Romano auctoritate Urbani Papa
VIII. recognito præfixo.

TITULUS XV.

De Hora celebrandi Missam.

1. **M**issa priuata saltem post Matutinum & Laudes quacumque hora ab aurora usque ad meridiem dici potest.
2. Missa autem Conuentualis & solemnus, sequenti ordine dici debet: In Festis Duplicibus, & Semiduplicibus, in Dominicis, & infra Octauas, dicta in choro Hora Tertia. In Festis simplicibus & Ferijs per annum, dicta Sexta In Aduentu, Quadragesima, Quatuor Temporibus, etiam infra Octauam Pentecostes, & Vigilijs quæ ieiunantur, quamuis sint dies solemnes, Missa de Tempore debet cantari post Nonam.
3. Missa autem Defunctorum dici debet post Primam diei: vbi verò dicuntur eorum Vigiliæ manè post Matutinum diei, dictis huiusmodi Vigilijs cum Laudibus, immediatè dici potest Missa pro Defunctis. Sed in die Commemoratio- nis omnium fidelium Defunctorum Missa Conuentualis dicitur post Nonam, quia eodie est principalis. In die etiam Depositionis Defuncti, vel Tertio, Septimo, Trigesimo, aut Anniuersario solemnè, in quo fit concursus populi, poterit similiter dici vltimo loco post Nonam.
4. Excipiuntur ab hoc ordine dicendi Missam Conuentualem, Missæ in Natiuitate Domini, quarum prima dicitur post mediam noctem,

finito

finito Te
aurora, di
die post T
Apostoli
§. Mi
ficio, si se
publica E
dicantur

§. 1. N
ridiem M
autem au
ma solis i
uisibili, f
ma talis
attendat
minari se
probatan
non ita n
post tran
tim ratiõ

§. 2.
Conc. Tr
vt declar
cilij inte

§. 3.
tardius
tempus
sam de f
era Rit

§. 4.
Horam,
Canon
& post
pro mil

§. 5.
est priu
licet ad
tus loco e

§. 6.
ctem pe
lis mul

finito *Te Deum laudamus* in Matutino; secunda in aurora, dictis Laudibus & Prima; tertia verò in die post Tertiam, vel vbi aliter ex dispensatione Apostolica disponatur.

§. Missæ votiæ, quia non correspondent Officio, si solemniter celebrentur pro re graui, vel publica Ecclesiæ causa, cum populi frequentia, dicantur post Nonam.

ANNOTATIONES.

§. 1. Non licet ante auroram notabiliter, & post meridiem Missam celebrare sine dispensatione. *Nomine conf. dist. 2. Sa. verbo Missa.* *Diana part. 2. tit. 14. 70. sol. 33 & 34.* autem auroræ intelligitur crepusculum diei, vel prima solis irradiatio, neque hoc debet consistere in indiuisibili, sed Missa potest celebrari quando iam est proxima talis irradiatio; Atque vbi non est aurora physicè, attendatur moraliter & politicè, quando scilicet terminari solet hominum quies, & inchoari labor, iuxta probatam locorum consuetudinem. Similiter meridies non ita mathematicè considerari debet, vt non multò post transactum meridiem Missa incipi possit, præsertim rationabili concurrente causâ.

§. 2. Missa non debet celebrari nisi debitis horis, ex Conc. Trid. sess. 22. sublatis quibuscumque priuilegijs, vt declarauit Sacra Cong. Cardinalium eiusdem Concilij interpretam.

§. 3. Si propter terræ frigiditatem populus veniat tardius ad Ecclesiam pro Missa solemnè præstat differri tempus recitandi Horam Tertiam, quam cantare Missam de festo, seu Dominica post Sextam ita censuit sacra Rituum Congregatio. *Gauantus loco citato. n. 2. sub lit. a.*

§. 4. Missa solemnè semper dicitur post aliquam Horam, etiam in nocte Natiuitatis Domini, vt Horæ Canonice sint quasi quædam ad Missam preparatio. *Gauantus Part. 1. Tit. 15. num. 2.* & post varias horas, vt maiori præparatione minorie pro missarum varietate seu dierum, fiat Missa.

§. 5. Missa Parochialis & quæcunque alia sine cantu est priuata, non Conuentualis, de qua in his Rubricis, licet ad eam conueniat populus, aut loci clerus. *Gauantus loco cit. n. 2.*

§. 6. In nocte Natiuitatis Domini post mediam noctem posse tres Missas priuatas simul celebrari probabilis multorum est sententia. *Suarez 3. part. disp. 8. sect. 4.*

§. 7.

§. 7. Missæ votivæ dicuntur solenniter post No-
nam, quia ab officio discordant, tum etiam quia maior
est sæpe populi frequentia.

*Concil. Trid
sess. 24. de
reform. c. 4.*

§. 8. Ne populus ab auscultatione verbi Dei impe-
diatur nullibi in Ecclesia, quando ibidem concio ha-
beretur, sacrificium Missæ celebrari debet.

TITVLVS XVI.

*De his quæ clara voce aut secretò dicenda sunt
in Missa.*

1. **I**N Missa priuata clarâ voce dicuntur *Anti-
phona & Psalmus ad Introitum, Confessio, &
quæ sequuntur, exceptâ Oratione, Aufer à nobis,
& Oramus te Domine per merita Sanctorum tuorum,
&c. Item Introitus, Kyrie eleison Gloria in excelsis, Do-
minus vobiscum, Oremus, Flectamus genua. Leuate, O-
ratio, vel Orationes, Prophetia, Epistola, Graduale, Ver-
sus, Tractus, Sequentia, Euangelium, Credo, Offertori-
um, Orate fratres, solum hæc duo verba, Prefatio,
Nobis quoq; peccatoribus, solum hæc verba tria, Itē
Per omnia secula seculorum, &c. cum Pater noster, Per
omnia secula seculorum, &c. cum Pax Domini, Ag-
nus Dei, Domine non sum dignus, hæc quatuor verba
tantum, Communio. Oratio, vel Orationes post Com-
munionem, Humiliate capita vestra Deo, Ite Missa est,
vel Benedicamus Domino, vel Requiescant in pace, Be-
nedictio, & Euangelium In principio, vel aliud E-
uangelium. Alia omnia dicuntur secretò.*

2. Sacerdos autem maximè curare debet, vt ea
quæ clarâ voce dicenda sunt, distinctè & apposi-
tè proficiat, non admodum festinanter, vt aduert-
tere possit quæ legit, nec nimis morosè, ne audien-
tes radio afficiat: neq; etiam voce nimis elatâ, ne
perturbet alios, qui fortasse in eadē Ecclesia tunc
temporis celebrant: neque tam submissâ, vt à cir-
cumstantibus audiri non possit, sed mediocri, &
gravi, quæ & deuotionē moueat, & audientibus

ita

ita sit a
Qua: v
& ipse
audiat
3. I
dicunt
Credo,
lam, E
& ant
culoru
cum P
nem. A
ce, in
missâ

§. 1
Sacro-
in leg
clarâ, a
sâ, vel
renda,
quæ ui
brans
ea qua
quo n
bili voc
bus au
quæ in
sa, & a
profr
quibu
aliqu
ita à S
feratu
de se
quinc
deuot
non v
profe
tur; Es
cis.

ita sit accommodata, vt quæ leguntur, intelligât. Quæ verò secreto dicenda sunt, ita pronuntiet, vt & ipsemet, se audiat, & à circumstantibus non audiatur.

3. In Missa solemni clarâ voce à Celebrante dicuntur, quando intonatur *Gloria in excelsis*, & *Credo, Dominus vobiscum* & Orationes ante Epistolam, *Dominus vobiscum*. Oremus, ante Orationes & ante Offertorium, *Prefatio, Per omnia secula seculorum*, cum *Pater noster, Per omnia secula seculorū*. cum *Pax Domini*, & Orationes post Communionem. Alia quæ in Missa priuata dicuntur clarâ voce, in Missa solemni à Celebrante dicuntur submissâ voce.

ANNOTATIONES.

§. 1. Quoniam pia mater Ecclesia inter alios huius Sacro-sancti Sacrificij ritus, quibus Celebrans vti debet in legenda Missa plura diuersimodè instituit, nimirum clarâ, altâ, conuenienti, intelligibili, mediocri, submissâ, vel aliquantulum eleuatâ voce, & secreto esse proferenda, ne quiuis Sacerdos pro arbitrio & voluntate sua quæuis pronuntiare præsumat. Ideoque quisque Celebrans diligenter attendat quænam sit differentia inter ea quæ clarâ vt supra, vel aliâ voce dicenda sunt. Pro quo notandum est idem esse clarâ, conuenienti, & intelligibili voce videlicet tali voce, vt commodè à circumstantibus audiri possit. *Alta voce* titur Cærem. Episc. pro ijs quæ in Officio vel Missa cantantur; *mediocri* verò, *submissa*, & *aliquantulum eleuata* pro alijs quæ non tacitè, nec profus altè, sed taliter dicuntur, vt à ministris, & aliquibus tantùm circumstantibus possint percipi, cum aliquali differentia. Quod verò secreto dicendum est, ita à Sacerdote intra se distinctè, ac labiorum motu proferatur, vt tamen non à circumstantibus audiatur. Unde secundum peritos Missa celebranda est cum his quinque literis A B C D E hoc est Alte, Breuiter, Clare deuotè, Exactè, seu exquisitè Alte, vt audiatur, Breuiter, non ultra mediam horam; clarè, vt omnia verba integrè proferantur, Deuotè, vt attendatur ad ea quæ dicuntur; Exactè, vt fiant omnia quæ præscribuntur in Rubricis.

Quantus
Comment. in
Rubr. Miss.
p. 3. tit. 11.
n. 13.

§. 2. Cla-

§. 2. Clarâ voce dicuntur omnia in Missis, priuatim ab initio Missæ vsque ad *Aufer à nobis*, exclusiuè; Item ab Introitu vsque ad *Munda cor meum* &c. exclusiuè; ab Euangelio vsque ad Offertorium inclusiuè: Item Præfatio vsque ad *Sanctus* inclusiuè: Item à *Per omnia* &c. ante Orationem Dominicam vsque. Et ne nos inducas in tentationem inclusiuè. Item *Per omnia* &c. *Pax Domini* &c. *Agnus Dei* &c. Antiphona quæ dicitur *Communio*; Orationes post Communionem; *Benedicamus Domino*, vel *Ite Missa est*, & *Requiescant in pace. Benedicat vos*, & Euangelium.

§. 3. Notandum verò in istis quæ clarâ voce dicuntur, vt cum plures in minoribus Ecclesijs, vel proximo loco Sacerdotes simul concelebrant vocem ita temperent, vt non se inuicem perturbent decet tamen; vt digniori Celebranti cedat inferior, & humiliori voce proferat: at quando sunt æquales, cedat qui in minori altari, Sacerdoti qui in maiori celebrat. Cùm item Sacerdos legit clarâ voce, legat distinctè, expeditè tamen, ad puncta & commata breuem aliquam moram interponendo iuxta sensum rei quem legit, ac mediocritatem seruet, affectationem ac leuitatem fugiat; & Regulas Missalis sequatur diligenter, quæ præcipiunt vt circumstantibus legendo deuotionem pariat Sacerdos.

§. 4. Sed eleuatâ aliquantulum & mediocri voce dicuntur Sequentia, *Orate fratres: Sanctus. Nobis quoque peccatoribus: denique Domine non sum dignus*, tantùm hæc quatuor verba. Secretò verò dicuntur reliqua in Missa.

§. 5. Memoriter dicenda sunt omnia à Celebrante ab initio Missæ vsque ad Introitum exclusiuè: *Munda cor meum* &c. *Per Euangelica dicta* &c. *Deus qui humana substantia* (nisi illud legat in tabella ad id destinata) infundendo aquam: *Psalmum. Lauabo inter innocentes: Corpus Domini nostri. &c. Quod ore sumpsimus* &c. *Corpus tuum Domine: &c. Benedicat vos Omnipotens Deus* &c. & Gratiarum actio post Missam.

§. 6. Totum Sacrum Missæ, Canonem, aliasque Orationes, quæ ob mysterium ac religionem tacitè pronuciandæ sunt sic pronucient Sacerdotes vt ipsi quidem distinctum, vt dictum est, verborum sonum leniter percipiant, astantium autem proximè nemo percipere distincta verba possit: tantoque maiore animi intentione, maiori que cogitationis silentio eas Deo Patri offerunt; quanto, vt monet externum vocis silentium, Sacerdotum Orationes orationibus populi in hac præcipue Sacra ac Sacerdotali actione debent esse puriores & efficacior.

ficacio
pruden
comm
cerdot

De oro

1. I
cipio,
Euan
verba
uange
tam
dens
Palm
Epist
quan
vel, ex
nusse
in Q
Deus
cùm
quan
appat
medi
sæ, &
tatur
2.
semp
prate
3.
omni
nna; &

ficaciores Qui autem orationes secretò dicendas, imprudenti atque indiscretâ vocis exaltatione populo communes faciunt, tanquam nescientes officium Sacerdotum habendi, atque monendi.

TITVLVS XVII.

De ordine genuflectendi, sedendi, & standi in Missa priuata, & solemni.

1. **I**N Missa priuata Sacerdos genuflectit quando legit Euangelium Sancti Ioannis, *In principio*, ad illa verba, *Et Verbum caro factum est*; & in Euangelio Epiphaniæ, *Cum natus esset Iesus*, ad illa verba, *Et procidentes adorauerunt eum*. Item in Euangelio Feriæ quartæ, post Dominicam quartam Quadragesimæ, ad illa verba in fine, *Et procidens adorauit eum*. Item genuflectit Dominica Palmarum, & in Missis de Cruce ad illa verba in Epistola, *In nomine Iesu omne genu flectatur*, &c. & quando legitur Passio, ad illa verba, *expirauit*, vel, *emisit Spiritum*, vt suis locis notatur. Item genuflectit cum dicit, *Flectamus genua*. Item quando in Quadragesima dicit in Tractu Vers. *Adiuua nos Deus* &c. & in omnibus Missis de Spiritu Sancto, cum dicit Vers. *Veni sancte Spiritus reple*, &c. Item quando Sacramentum in Altari discoopertum apparet, genuflectit quoties ante illud transit in medio Altaris: & quando cumque in ordine Missæ, & in ritu seruando in celebratione Missæ notatur, quòd debeat genuflectere.

2. Circumstantes autem in Missis priuatis semper genua flectunt, etiam tempore Paschali, præterquam dum legitur Euangelium.

3. In Missa solemni Celebrans genuflectit ad omnia supradiçta, præterquam ad *Flectamus genua*; & tunc ipse solus stat, Diaconus, verò & Sub-

Subdiaconus & omnes alij genuflectunt, & ad
Versum verò *Adiuua nos Deus &c.* & ad versum
Veni Sancte Spiritus, &c. genuflectit vsque ad finem.
Item genuflectit in die Annuntiationis B. Ma-
riæ, & in tribus Missis Natiuitatis Domini, quan-
do cantatur in Choro, *Et incarnatus est &c.* Alij
diebus, si sedeat cum cantantur ea verba, non ge-
nuflectit, sed caput tantum profundè inclinatum
peritum, si non sedet, genuflectit.

4. Ministri semper genuflectunt cum Cele-
brante, præterquam Subdiaconus tenens librum
ad Euangelium, & Acolythi tenentes Candelas
bra, qui tunc non genuflectunt. Et cum Diaconus
cantat illa verba, ad quæ est genuflectendum, ipse
versus librum, Celebrans & omnes alij versus Al-
tare genuflectunt.

5. In Choro genuflectitur ab ijs qui non sunt
Prælati, ad Confessionem cum suo Psalmo. In
Missis autem Ferialium Aduentus, Quadragesimæ
Quatuor Temporum, & Vigiliarum quæ ieiunân-
tur, ac in Missis Defunctorum, genuflectunt om-
nes etiam ad Oraciones, & dicto per Celebran-
tem, *Sanctus*, vsque ad, *pax Domini*, & ad *Orationem*
post Communionem, & super populum, Exceptâ Vi-
gilia Paschæ, & Pentecostes, ac Natiuitatis Do-
mini, & Quatuor Temporibus Pentecostes. Et
similiter ab omnibus genuflectitur quando ele-
uatur sanctissimum Sacramentum.

6. In Missa item solempni Celebrans medius
inter Diaconum & Subdiaconum sedere potest à
Cornu Epistolæ iuxta Altare cum cantatur *Kyrie-*
eleison, Gloria in excelsis, & Credo: alio tempore stat
ad Altare, vel genuflectit, vt supra.

7. In Choro non sedent qui actu cantant; re-
liqui autem possunt sedere quando Celebrans
sedet, & præterea dum cantantur *Epistola, & Pro-*
phetia, Graduale, Tractus, vel Alleluia cum Versu, ac

Sequen-

Sequen-
Chori
& ad
stant,

§. 1
uat. it
dum el
iam so
priuat
ad præ
quand
ctendu
Idem f
trumq

§. 2
mus gen
alios. l
idem f
stare d

§. 3
sus scil
genuff
de lege
nuflect
ctum a
genu i
tur à
minim
sunt a
ctere c
dum à
incarna
ficata.

§. 4
ctit ve
positu
cens,
phani

Sequentia, & ab *Offertorio* vsque ad incensationem Chori, & si non incensatur, vsque ad *Præfationem*, & ad *Antiphonam* quæ dicitur *Communio*. Ad alia stant, vel genuflectunt vt supra.

ANNOTATIONES.

§. 1. Genuflectit Celebrans vnico genu in Missa priuata iuxta communem vsum quando illi genuflectendum est, vt facilius & commodius surgat. In Missa etiam solenni ad ea omnia quæ sunt communia Missæ priuatae. Ambobus vero genuflectit in Missa solenni ad prædicta quæ a Choro cantantur, & regulariter quando cum aliqua morula in prædictis est genuflectendum, & quasi orandum in supremo gradu Altaris. Idem faciunt Ministri, qui præterea genu flectunt vtrumque ad *Flectamus genua*, non verò celebrans.

Gauantus
p. 1. T. 7. n. 54
sub litt. z.

§. 2. In Missa priuata ipsemet sacerdos dicit *Flectamus genua*, & genuflectens exemplo suo docere debet alios. In solenni sufficit vt Diaconus inuitans populum idem faciat. Sacerdos autem Deum orans regulariter stare debet, qui præ se fert personam Christianantis.

Gauantus
p. 1. Tit. 17.
n. 3. litt. l.

§. 3. In Missis priuatis Celebrans ad hos duos Versus scilicet *Adiuua nos Deus* &c. *Veni sancte Spiritus* &c. genuflectit tantum in initio, & statim surgit vt commodè legere possit versum ex libro & ideo sufficit, vt genuflectat ad prima verba; in Missa vero solenni post lectum à se Euangelium genuflectit celebrans vtroque genu in medio Altaris vsque ad finem dum cantantur à Choro similes Versus. Quia tunc celebrans minimè in alijs est occupatus. Quocirca quædam sunt ad quæ Celebrans in Missa solenni bis genuflectere debet nempe cum priuatim legit, & iterum dum à Choro cantantur, sicut fit ad illa verba *Et incarnatus est*, & alia in supradicta Rubrica n. 3. Specificata.

Gauantus
part. 1. tit. 17
sub n. 5. litt. 2a

§. 4. Celebrans quando legit Euangelium genuflectit versus librum, & quando SS. Sacramentum est expositum, genuflectit aliquantulum versus illud dicens, *Et verbum caro factum est* & alia, vt in festo Epiphaniæ.

Gauantus
p. 1. tit. 17.
sub n. 3. litt. k.

§. 5. Sacerdos in Passionibus in morte Christi dicens *Expiravit, Emisit Spiritum Tradidit Spiritum* &c. per spatium unius *Pater noster* genuflectit, ex Cærem Papæ.

TITVLVS XVIII.

De Coloribus Paramentorum.

1. **P**aramenta Altaris, Celebrantis, & Ministrorum, debent esse coloris conuenientis Officio, & Missæ diei, secundum usum Romanæ Ecclesiæ: quæ quinque coloribus uti consuevit. Albo, Rubro, Viridi, Violaceo, & Nigro.
2. Albo colore utitur à Vesperis Vigilæ Natiuitatis Domini vsque ad Octauam Epiphaniæ inclusiuè, exceptis Festis Martyrum, quæ infra eam veniunt. Feria quinta in Cæna Domini, & Sabbato Sancto in Officio Missæ, & ab illo die vsque ad Sabbatum in Vigilia Pentecostes ad Nonam, in Officio de Tempore, præterquam in Missa Litaniarum, & Rogationum. In festo S. Trinitatis. In festo Corporis Christi. In festo Transfigurationis Domini. In Festis B. Mariæ Virginis, præterquam in benedictione Candelarum, & Processione, quæ fit in festo Purificationis eiusdem in festis Angelorum. In Natiuitate S. Ioannis Baptistæ. In principali festo S. Ioannis Evangelistæ, quod celebratur infra Octauam Natiuitatis Domini. In vtraque Cathedra Sancti Petri. In festo S. Petri ad Vincula. In Conuersione S. Pauli. In festo Omnium Sanctorum. In Festis Confessorum Pontificum, & non Pontificum, & Doctorum. In Festis Sanctarum Virginum non martyrum, & nec Virginum nec Martyrum. In Dedicatione, & consecratione Ecclesiæ vel Altaris, ac in consecratione Summi Pontificis & in anniversario Creationis & Coronationis eiusdem,

dem, &
Item pe
Octaua
ua, & in
do in e
in illis
laceus. I
rum, qu
pro Spo

3. Ru
in Missa
& Missa
S. Ioanni
& Pauli,
ceptis Fe
stæ post
Pauli, &
rum) In
In Com
Martyru
tium qua
in Domi
die Octa
die occur
tyrum, &
ctauam p
bent, qua
eas Octau
ctum est
tuis supra
gendo Su

4. Vir
vsque ad
costes; vsq
de Temp
supra: ace
currentib

dem, & electionis & consecrationis Episcopi. Item per Octavas prædictorum Festorum, quæ Octavas habent, quando dicitur Missa de Octava, & in Dominicis infra eas occurrentibus, quando in eis fit Officium de Dominica, præterquam in illis Dominicis, quibus tributus est color violaceus. In Missis votivis supradictorum Festorum, quocumque tempore dicantur: & in Missa pro Sponso & Sponsa.

3. Rubeo colore utitur à Vigilia Pentecostes in Missa usque ad Sabbatum sequens finita Nonâ & Missâ. In Festis sanctæ Crucis. In Decollatione S. Ioannis Baptistæ. In Natali Apostolorum Petri & Pauli, & in Festis aliorum Apostolorum (exceptis Festo principali sancti Ioannis Evangelistæ post Natiuitatem, & Festis Conversionis S. Pauli, & Cathedræ sancti Petri, & eius Vinculorum) In Festo S. Ioannis ante Portam Latinam. In Commemoratione S. Pauli Apostoli. In Festis Martyrum, excepto Festo Sanctorum Innocentium quando non venerit in Dominica: Si autem in Dominica venerit, utitur Rubeo: in eius verò die Octava semper utitur Rubeo, quocumque die occurrat. In Festis sanctarum Virginum Martyrum, & Martyrum non Virginum. Item per Octavam prædictorum Festorum quæ Octavas habent, quando fit de Octava, & in Dominicis infra eas Octavas occurrentibus, eodem modo ut dictum est supra de colore Albo. Item in Missis votivis supradictorum Festorum, & in Missa pro eligendo Summo Pontifice.

4. Viridi colore utitur ab Octava Epiphaniæ, usque ad Septuagesimam, & ab Octava Pentecostes, usque ad Adventum exclusivè, in Officio de Tempore, excepta Dominica Trinitatis, ut supra: ac exceptis Dominicis infra Octavas occurrentibus, in quibus color Octavarum servatur:

tur: exceptis etiam Vigilijs, & Quatuor Temporibus, vt infra.

5. Violaceo colore vtitur à prima Dominica Aduentus in primis Vesperis: vsque ad Missam Vigiliæ Natiuitatis Domini inclusiue: & à Septuagesima vsque ad Sabbatum Sanctum ante Missam inclusiue, in Officio de Tempore: excepta Feriâ quintâ in Cœna Domini, in qua vtitur Albo; & Feria sexta in Parasceue, in qua vtitur Nigro, vt infra: & benedictione Cerei in Sabbato Sancto, in qua Diaconus, illius Præfationem dicens, solus vtitur Albo: eâ autem finitâ, violaceo vt prius. Item in Vigilia Pentecostes ante Missam, à prima Prophetia vsque ad benedictionem Fontis inclusiue. In Quatuor Temporibus, & Vigilijs quæ ieiunantur, exceptis Vigiliâ, & Quatuor Temporibus Pentecostes. In Missa Litaniarum in die S. Marci Euangelistæ, & Rogationum, & in Processionibus quæ his diebus fiunt. In Festo SS. Innocentium, quando non venerit in Dominica. In benedictione Candelarum in die Purificationis beatæ Mariæ, & in benedictione Cinerum, ac Palmarum, & ipsa Dominica in Palmis, & in eorumdem, ac generaliter in omnibus Processionibus: exceptis Processionibus sanctissimi Sacramenti, & quæ fiunt in diebus solemnibus, vel pro gratiarum actione. In Missis de Passione Domini, Pro quacumque necessitate, Pro peccatis, Ad tollendum schisma, Contra Paganos, Tempore belli, Pro Pace, Pro vitanda mortalitate, Pro iter agentibus, & pro infirmis.

6. Nigro colore vtitur Feriâ sextâ in Parasceue, & in omnibus Officijs, & Missis Defunctorum.

ANNOTATIONES.

*Castaldus
Praxi Car.*

§. 1. In Missis votiuis Celebrantis paramenta erunt conuenientia Missis, quia color votiuarum est idem ac festo-

Tempo
Dominica
Missam
& à Sep-
um ante
e: excep-
ua vritut
na vritut
Sabba-
ationem
, viola-
stes ante
edictio-
poribus,
giliâ, &
Missâ Li-
Rogati-
us fiunt.
enerit in
m in die
dictione
a in Pal-
mnibus
sanctif-
olemni-
de Pas-
e, Pro
a Paga-
la mor-
Paraf-
uncto-
ta erunt
idem ac
festo-

festorum, Altaris vero paramenta erunt conuenientia *lib. 2. sect. 6.*
Officio, quod celebratur, nisi forte Missa votiuâ sit pro *e. 4. n. 6.*
re graui, & publica Ecclesiâ causa, eaque solemniter ce-
lebratur, nam tunc etiam Altaris Paramenta cum Missa
conuenire debent.

§. 2. In Festis Canonizationum, Beatificationum, *Gauantus*
Translationum, Apparitionum, & similium Festorum *part. 1 tit. 18.*
vtendum est eodem genere coloris, vt in ipsis Festis. *n. 2. lit. c.*

§. 3. Regula in mutandis coloribus ea est, vt muta- *Gauantus*
tio fiat in primis vesperis Festi. Si autem vesperâ non *ibid. sub n. 6.*
sunt integrâ, is color adhibendus est initio vespera-
rum, qui congruit illi de quo dicitur Capitulum. Si Of-
ficium & Missa discordant, color Altaris sequatur Offi-
cium; vestium autem Sacerdotis sit color Missâ con-
formis: quæ diuersitas accidit in Feria tertia Rogatio-
num, & in Vigilijs infra Octauas: pro Missa verò solem-
ni, conuenit vt pallium Altaris concordet cum colore
paramentorum Missâ.

§. 4. In vigilia Pentecostes vtendum colore albo vl- *Gauantus*
que ad Nonam, violaceus vsque ad Missam, rubeus de- *loco cit. part.*
inceps adhibetur, qui & in priuatis Missis huius diei *4. tit. 11 n. 19*
adhibendus quo ad vestes celebrantium licet celebren-
tur ante Nonam.

§. 5. Tribus Rogationum diebus Altarium para- *Gauantus*
menta erunt Officio conformia, sed paramenta Altaris *loco cit. part.*
maioris, aut aliorum in quibus celebrabitur Missa de *4. tit. 11 n. 15*
Rogationibus, erunt conformia celebrantium para-
mentis, quibus iuxta Rubricam vtendum violaceo co-
lore.

§. 6. In festo Sacrorum stigmatum S. Francisci ad- *Gauantus*
hibetur color albus ex Decreto Sac. Rit. Cong. 9. De- *loco cit. part.*
cemb. 1623. *1. Tit. 18. sub*

§. 7. In Dominica tertia Aduentus, & quarta Qua- *n. 2. lit. x.*
dragesimâ paramenta Altaris & Celebrantis adhibe- *Car. episc. lib.*
ri solent aliquantò sumptuosiora, sed coloris viola- *2. c. 20 & 23.*
cei.

§. 8. In omnibus festis solemnibus supradictorum
colorum Flauo colore, & quouis alio auro pretioso in-
tertexto, vt licet.

§. 9. Dum Rubrica præscribit colore violaceo v-
tendum esse, loco illius non bene adhibetur caruleus.
tam in paramentis Sacerdotalibus, quàm antependijs
Altarium, quia color violaceus afflictionis & abstin-
entiæ tempus magis indicat, quam caruleus.

TITVLVS XIX.

De qualitate Paramentorum.

1. **I**N Officio Missæ Celebrans semper utitur Planetâ super Albam.
2. Si autem sit Episcopus, & solemniter celebrat, super Dalmaticam, & Tunicellam.
3. Pluuiali utitur in Processionibus, & Benedictionibus, quæ fiunt in Altari. Item in Officio Laudum, & Vesperarum, quando solemniter dicuntur. Eodem utitur Assistens Celebranti in Missa Pontificali. Item quando Celebrans post Missam Defunctorum facit in fine Absolutionem.
4. Cum Celebrans utitur Pluuiali, semper deponit Manipulum; & ubi Pluuiale haberi non potest, in benedictionibus, quæ fiunt in Altari, Celebrans stat sine Planeta cum Alba & Stola.
5. Dalmaticâ & Tunicellâ utuntur Diaconus & Subdiaconus in Missa solemnibus, & Processionibus, & Benedictionibus, quando Sacerdoti ministrant.
6. In diebus verò ieiuniorum (præterquam in vigilijs Sanctorum) & in Dominicis & Ferijs Adventus & Quadragesimæ, ac in vigilia Pentecostes, ante Missam, (exceptis Dominicâ *Gaudete*, etiam si eius Missa infra Hebdomadam repetatur, & Dominicâ *Lætare*, vigilia Natiuitatis Domini, Sabbato sancto, in benedictione Cerei, & in Missa, ac Quatuor Temporibus Pentecostes), item in benedictione Candelarum, & Processione in die Purificationis B. Mariæ, & in benedictione Cinerum, ac benedictione Palmarum in Processione: in Cathedralibus & præcipuis Ecclesijs utuntur Planetis plicatis ante pectus: quam
Plan-

Plat
uan
rum
gen
& fa
Sim
rus
oscu
mit
7
diel
stra
eria
sub

S
mu
Miss
S
fis e
S
duti
lio s
sign
tant
S
fam
ram
nun
S
tüm
Plu
bus
Cru
mor
extr
Plu
Alb
penc
cis r

Planetam Diaconus dimittit cum lecturus est Evangelium, eaque tunc super sinistrum humerum super stolam complicatur: aut ponitur aliud genus stolæ latioris in modum Planetæ plicatæ, & facta communione resumit Planetam, vt prius. Similiter Subdiaconus dimittit eam cum lecturus est Epistolam, quam legit in Alba, & ea finita, osculataque Celebrantis manu, Planetam resumit vt prius.

7. In minoribus autem Ecclesijs, prædictis diebus ieiuniorum Alba tantum amicti ministrant: Subdiaconus cum Manipulo, Diaconus etiam cum Stola ab humero sinistro pendente sub dextram.

ANNOTATIONES.

§ 1. Pluuiiale non benedicitur quia est vestis communis cuiuscumque Ecclesiastico, neque ordinata ad Missæ sacrificium.

Gavantus
part. 1. Tit.
10. n. 3. lit.
g. & i.

§ 2. Canonici aut alij qui vtuntur almutijs siue beffis eas deponunt dum Pluuiiale induunt.

§ 3. Dum Presbyter Assistens assistit Episcopo, indutus erit superpelliceo & Pluuiali sine tamen formilio Si autem assistat alij Celebranti Episcopalibus insignibus non vtenti indutus erit superpelliceo & Stola tantum.

Cap. [Ep.]
lib. 1. c. 7.

§ 4. Errant contra hanc Rubricam qui post Missam Defunctorum faciunt absolutionem in iisdem paramentis, quibus in Missa vfi sunt, aut Casulam deponunt retinentes Manipulum.

Gavantus
loco cit. sub
n. 4. lit. m.

§ 5. Planeta cum Stola est habitus ad Missam tantum; ideoque Stola super Albam sufficit, deficiente Pluuiali, tam in Processionibus, quam in benedictionibus quæ fiunt in Altari. Stola verò cum Alba in modum Crucis ante pectus semper gestari debet, cingulo demor: coniuncta, & vtriusque religata; siue in Missa, siue extra Missam siue in Altari, siue extra Altare, siue cum Pluuiali, siue absque eo, dum modo adhibeatur super Albam. Quo si adhibeatur cum superpelliceo soluta pendebit a collo hinc inde, quia ligari in modum Crucis non potest.

Gavantus
loco citato.
sub lit. m.

§. 6. Nullus est Manipuli usus extra Missam, tan pro Ministris, quam pro celebrante, & idcirco quoties Celebrans deponit Manipulum, deponunt etiam Ministri.

§. 7. Offendunt contra hanc Rubricam qui ferialibus & Dominicis diebus Aduentus & Quadragesimæ utuntur Dalmatica & Tunicella, quæ lætitiæ designant ijs diebus non congruentem, cum iuxta Rubricas eis duntaxat utendum sit in vna Dominica Aduentus *Gaudete* dicta, ac etiam si eius Missa infra Hebdomadam repetatur, & in vna Dominica Quadragesimæ *Lætare* appellata, quoniam his duabus tantummodo Dominicis istius temporis signa lætitiæ conueniunt, alijs autem Dominicis Aduentus & Quadragesimæ cæterisque in Rubrica expressis diebus in Cathedralibus, Collegiatis insignibus Canonico Clericali, & insignibus Regularium Ecclesijs utendum est Planetis ante pectus plicatis, quæ tamen Planetæ plicatæ erunt eiusdem formæ, & qualitatis, pariterque benedictæ, uti Celebrantis Planeta, ita tamen ante pectus plicatæ erunt, ut commodè ministri ipsis uti possint.

*Cassaldus
Praxi Car.
lib. 2. c. 10.
num. 5.*

*Cassaldus
pars 1. tit. 19.
sub num. 7.*

§. 8. In minoribus Ecclesijs quia Dalmaticæ non congruunt ratione dierum, & calicæ ratione locorum prædictis diebus; idcirco tantum Albam amicti ministrant Subdiaconus cum Manipulo, Diaconus etiam cum Stola ab humero sinistro pendente sub dextrum.

TITULUS XX.

De Preparatione Altaris, & Ornamentorum eius.

Altare, in quo Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrandum est, debet esse lapideum, & ab Episcopo consecratum: vel saltem ara lapidea, similiter ab Episcopo consecrata, in eo inserta, quæ tam ampla, ut Hostiam, & maiorem partem Calicis capiat. Hoc Altare operiatur tribus mappis, seu tobaleis mundis, ab Episcopo, vel alio habente potestatem benedictis, superiori sal-

saltem oblonga, quæ vsque ad terram pertingat, duabus alijs breuioribus, vel vna duplicata. Pallio quoque ornetur coloris, quo ad fieri potest, die festo, vel Officio conuenientis: Super Altare collocetur Crux in medio, & Candelabra saltem duo cum candelis accensis hinc & inde in utroque eius latere. Ad Crucis pedem ponatur Tabella Secretarum appellata. In cornu Epistolæ Cusinus supponendus Missali: & ab eadem parte Epistolæ paretur Cereus, ad eleuationem Sacramenti accendendus, parua campanula ampullæ vitreæ vini & aquæ, cum peluicula & manutergio mundo in fenestella, seu in parua mensa ad hæc præparata. Super Altare nihil omnino ponatur, quod ad Missæ Sacrificium, vel ipsius Altaris ornatum, non pertineat.

ANNOTATIONES.

§ 1. Omnino obseruandum iuxta Conciliorum doctrinam, vt mensa Christi, ipsum videlicet Altare, vbi corpus Dominicum consecratur, vbi sanguis eius hauritur, vbi Sanctorum Reliquiæ recõduntur, vbi preces & vota populi à Sacerdote in conspectu Dei offeruntur, cum omni ueneratione exornetur.

§ 2. Locus in quo Altare exstruitur, quod præparatur ad celebrandum in eo sacrosanctum Missæ Sacrificium, debet esse sacer, vel deputatus ab Episcopo (qui tamen non potest deputare, Oratoria in domo priuata, vt ibi fiat Missa, nisi ad diuinum cultum dedicentur) & saltem sit benedictus ritu proprio ex *Rituale Romano*. Nec quisquam Regularis, aut secularis Sacerdos in priuatis domibus, aut omnino extra Ecclesiam, & ad diuinum tantum cultum dedicata Oratoria, ab Episcopo loci Ordinario de signata, & uisitata Missæ Sacrificiũ peragere sine expressa Summi Pontificis aut Episcopi ordinarij Diocesani licetia, peragere debet. Ne uti Filij Aaron igne alieno ad Sacrificiũ Domini utens, ipsi Domino Sacrificij displiceat, vnde placere laborat. Quãdo autẽ cõceditur ex priuilegio Apostol. Celebratio Missæ

c. Sicut.
c. Missarum.
c. hic ergo.
c. Nullus
presbyter
c. oportet.
c. Clericus de
cons. dist. 1.
Conc. Trid.
sess. 22. de
obseru. &
euand. in
celeb. Missa.
Bonac disp.
4. q. 61.
punct. 9.

Gauantus in Altari priuati Oratorij (exceptis solemnioribus fe-
comment. in stis) tunc non potest in eo celebrari in Natali Domini
Rubr. Miss. Epiphania, Paschate, Pentecoste, Annuntiatione, As-
Part. I. Tit. sumptione B. M. V. festo SS. Apostolorum Petri & Pauli
20. lit. m. & omnium Sanctorum, vt decreuit Sacra Rituum Con-
 gregatio 17. Septemb. 1607.

s. Altaria de §. 3. Altare iuxta Rubricam, & sacros Canones ac
cons. dist. 1. præcipue S. Syluestri Papæ decretum ab Apostolis tradi-
Cor. 10. v. 5. tum, lapideum erigi debet, illum significans, qui spiri-
 tualis ædificij petra fundamentalis constituitur, dicen-
 te Apostolo *Petra autem erat Christus.*

§. 4. Altare fixum solum in Ecclesia aut Capella
 consecrata vel consecranda de licentia Episcopi Dico-
 cesani erigi potest, in eiusdem autem erectione seruan-
 da sequentia. I. vt non erigatur super aut propese-
 pulturas hominum. II. Vt si fieri possit non adhæreat
 muro, sed duobus aut tribus saltem pedibus ab eodem
 distet. III. Basis Altaris construenda opere lateritio vel
 alio admixto cæmento, ita vt nulla ex parte foramina
 aut fenestellas ad aliquid asseruandum habeat, sed tam
 ab vtroque latere, quàm in posteriori & anteriori parte
 obstruendum est, ne vilissimarum imo & sordium re-
 ceptaculum fiat, in quo nihil aliud, iuxta antiquos Ca-
 nones, vnquam reponendum quàm sanctorum Reli-
 quiarum. IV. Ipsa mensa ex vno solido lapide esse debet, &
 casu quo hic non esset sufficientis longitudinis, addi-
 tamenta ab vtroque latere principalis lapidis addi
 possunt.

s. Altaria
e. placuit de
cons. dist. 1.

§. 5. Hoc & huiusmodi Altare regulariter erit to-
 tum ab Episcopo consecratum, cum Chrismate & Reli-
 quijs Sanctorum ab Ecclesia approbatorum, vt respon-
 dit Sacra Concilij Tridentini Congregatio Episcopo
 Interamneni, 13. Septemb. 1593.

Gauantus
comm. in
Rubr. Miss.
Part. I. Tit.
10. lit. p.

§. 6. Si verò totum non fuerit consecratum habe-
 bit Aram lapideam, seu Altare portatile similiter ex
 Pontificali Romano ab Episcopo consecratum, eritque
 ex lapide longitudinis ad minus præter capsæ lignæ,
 si alicui inferatur, dimensionem palmi cum dimidio,
 latitudinis verò vnus, vt minimum palmi erit, quo
 commodè Hostiam & Calicem, vt Rubrica præcipit,
 continere possit, paululum supra mensæ superficiem
 emineat, atque in ipsius mensæ medio, non longè à
 fronte Altaris ita inferatur, vt nullum sit offensionis
 Calicis periculum, sed tactu digiti vbi sit facile dignos-
 catur. Portatili potest quilibet Sacerdos sine priuilegio
 vti

vti in E
 ali, s in
 porum

§. 7
 tione f
 leo cor
 bus det
 Romat
 tus ad
 sternat

§. 8
 sa peni
 iunctu
 le de la
 fuerit
 pis qu
 fula cu
 in con
 inungi
 firmati
 Armill
 aris.

§. 9.
 to offer
 riendur
 lio hab
 longa, q
 niõribu
 ex Cann
 ex tela l
 quam ac

§. 10
 possint,
 inde vt p

§. 11
 uè sord
 viridi, a
 scopulã
 priè ad
 singulis
 munder
 Missa ex
 in medi
 nitur; d

vti in Ecclesijs consecratis aut benedictis, non autem alijs in locis, quia hoc est priuilegium tantum Episcoporum.

§. 7. Altare prædicto modo siue propriâ consecratione siue portatili instructum, vt ipsius mensa sacro oleo consecrata honestius custodiatur, ne uè à pulueribus deturpetur, deceat imprimis, vt sicut Pontificale Romanum mandat Chrismale siue pannus lineus ceratus ad mensuram Altaris factus super ipsius mensam sternatur, nunquam uerò nudum sit;

§. 8. Altaris consecratio violata censetur. 1. Si mensa penitus uel enormiter fracta fuerit 2. Si mota fuerit iunctura qua mensa stipiti adhæret 3. Si quid principale de lapidibus stipitis tangens ipsam mensam, motum fuerit 4. Si effractum fuerit sepulchrum Altaris, siue lapis quo oclusus fuit ille locus in quo asseruatur capsula cum Reliquijs sanctorum, iste enim lapis & locus in consecratione Altaris sacro Chrismate ab Episcopo inungitur eiusdem proprijs manibus occluditur, calce firmatur, & sacro Chrismate in fronte signatur. Aurea Armilla uerbo *Altare n. 10. Pontif. Rom. tit. de consecr. Altaris.*

Pontif. Rom. tit. de Altaris consecrat.

Piascini praxi par. I. c. 2. art. 4. n. II.

§. 9. Vt licitè sacrificium Missæ in Altari consecrato offerri possit, iuxta Rubricam supra positam, cooperiendum est tribus mappis mundis, ab Episcopo uel alio habente potestatem benedictis, superiori saltem oblonga, qua usque ad terram pertingat, duabus alijs brevioribus, uel una duplicata quarum ultima poterit esse ex Cannabo lineo cerato benedicto, reliquæ uerò duæ ex tela linea munda, duæ ergo tura conscientia nequam adhiberi possunt.

Bonac. disp. 4. Tom. 1. q. ult. punct. 9. n. 25. c. Nemo de consecrat. dist. 1. Suarez. tom. 3. disp. 81. sect. 6.

§. 10. Si in necessitate mappa benedicta haberi non possint, fas erit alia munda lintea substernere, qua deinde ut prius profanis vsibus applicari possunt.

Layman lib. 5. tract. 5. c. 6. n. 4.

§. 11. Vt Mappa munda ab omni puluere, cera, aliâ uè sorde conferuentur, finitis Missis contegantur telâ viridi, aut alijs fragulis, prius uero leuiter purissimâ scopulâ eius generis, quod uelamentis adhibetur propriè ad eum usum destinata purgentur, ipsa stragula singulis hebdomadis diligenti agitatione à puluere mudentur, & purgentur. Atque dum celebranda erit Missa ex Altari totaliter remoueantur, & non tantum in medio Altaris, quod à quibusdam indecorè fieri cernitur; deinde mappa ipsa detergenda forent scopulis

Acta Ecclesiæ Mediolanensis. lib. 4. Trauinc. de supel. eccl. Gauanis loco citato part. tit. 20. in fine.

ad id tantum paratis, ut mundissimæ semper appareant.

*Castaldus
Praxi Car.
lib. 1. sect. 3.
c. 1. n. 5.*

§. 12. Pallia seu antependia Altaris non benedicuntur, ad nullum tamen alium usum adhiberi debent; Ne autem hinc inde inæqualiter Altari appendeant, rugas contrahant, vel alicubi intorqueantur optandum est, ut tenuibus tabulis ligneis firmissimè tamen sibi coherentibus affigantur, & extendantur; ut sic extensa & explicata decentius conspiciantur; quibus etiam in exteriori parte Crux, aut imago sancti, cuius nomine dicatum est Altare, aut alia Sacra effigies aptè rectèque in medio affluitur: potest etiam sine eo celebrari, puta si Altare ornatum est auro, vel lapide pretioso.

*Car. Episc.
lib. 1. c. 12.*

§. 13. Nullæ coronides lignæ circa Altaris angulos duci debent, sed earum loco apponendæ fasciæ ex auro, vel serico elaboratæ, quibus ipsa Altaris facies aptè redimita ornatior appareat: coronides enim lignæ corrodunt Planetas.

*Car. Episc.
lib. 1. c. 12.*

§. 14. Crux tanquam signum Regis Iesu Christi, & Memoriale Passionis Dominicæ saltè sub peccato veniali in Altari tempore sacrificij Missæ requiritur. Atque semper collocari debet in medio Altaris, nisi quando expositum est sanctissimum Sacramentum, siue ergo continuo asseruetur sanctissimum Sacramentum in Altari, in quo celebratur, siue ipsius Altaris icon, seu tabula picta aut statua sit ipsamet Crucifixi imago, nihilominus debet collocari Crux inter ipsa candelabra, quia sub sacrificio Sacerdos debet eam continuo ante oculos habere, tum ad eam adorandam, tum ei inclinandum & similes actus exhibendos; atque monet ut collocetur Crux in medio candelabrorum cum imagine sanctissimi Crucifixi præalta, ita ut pes Crucis æquet altitudinem candelabrorum cum imagine sanctissimi Crucifixi præalta, ita ut pes Crucis æquet altitudinem candelabrorum vicinorum, & Crux ipsa tota candelabris supereminet.

*Layman lib.
3. tract. 5. c.
6. assert. 8.
Bonac. disp.
4. q. ult.
punct. 9. n. 30*

§. 15. Reprehenditur hic consuetudo inepta onerandi Altare parvis ac tenuibus imaginibus, tabellis, & Crucibus, quibus inuitur decus & ornamentum Altaris potius quam augetur. In medio autem necessario ponenda Crux cum Crucifixo raro inuenitur posita. Nō est autem ponenda in Altari alia Crux præter eam, quæ in medio collocari debet, neque vlla monstrantia vacua pro ornamento; Floribus autem frondibusque odoriferis & exquisitis quibusdam ramulis, aptè & concinnè dispo-

*Car. Episc.
lib. 1. c. 12.*

dispositio
sive in
terunt
fice S.
flores
putref
fenet.

§. 11
& cerâ
nè qui
bus, ce
cande

§. 12
nenda
niorib
deben
censat
etiam

rate M
Sed ca
fo in C
fo, in p
festi, n
ri, ne q
tarij, si
Capell

7. Aug
ijs mai

§. 13
maiore
tur, eâ
depress
lam est
legatus
bellula
stantia,

§. 14
Altaria
plenun
cisa, se
genibu
lum pr

§. 2
ad elec
Epistol

dispositis, seu veris seu fictis pro temporum varietate. *Gavantus part. 1. tit. 20. in fin.*
 siue in vasculis elegantibus, siue alia ratione, ornari poterunt, exemplo Nepotiani quem hac de re perhonorifice S. Hieronymus commendat. Cauendum verò si veri flores altari imponantur, ne tam diu relinquuntur, vt putrescant, nec tota multitudo muscarum Altare infestet.

§. 16. Candelabra octauo ad minus die à puluere & cerâ si forte deflexerit, mundari debent, & pudor sane quibusdam in Ecclesijs reperiri candelabra pulueribus, cerâ, aliisque fordibus ita repleta, vt vix materia candelabrorum dignosci possit. *Alta Eccle; Mediol.*

§. 17. Rubrica saltem duo præcipit candelabra ponenda in Altari cum candelis accensis, quia in solemnioribus Missis regulariter sex in recta linea adhiberi debent; quod conijcitur ex trina hinc inde altaris incensatione, prout distribuuntur candelabra: quatuor etiam in minus solemnibus adhiberi solent pro dignitate Missarum, sed & plura quam sex apponi possunt. Sed caueat quisquis à numero candelarum superstitioso in Conc. Trid. sess. 22. prohibito, & à numero ambitioso; in prauis enim Missis nisi aliud exigat solemnitas festi, non conuenit accendere quatuor candelas in Altari, ne quidem Vicarijs Generalibus, licet sint Protontarij, sicut nec eisdem conuenit ministrari à duobus Capellanis, vt decreuit Sacra Rituum Congregatio 7. Augusti 1627. quæ tantum conueniunt Episcopis, ac ijs maioribus.

§. 18. Tabella secretorum in vnoquoque Altari ad maiorem commoditatem Celebrantis adesse præscribitur, eâ tamen ratione, vt peractâ Missâ, non erecta sit, sed depressa sub tela, mappæ recondatur, & laudabile etiam est, vt in cornu Euangelij paretur Tabella ex qua legatur Euangelium S. Ioannis, & in cornu Epistolæ Tabellula alia, ex qua legatur oratio *Deus qui humana substantia*, & Psalmus *Lanab; inter innocentes &c.* *Gavantus loco citate tit. 2.*

§. 19. Cusinus siue uluinar ornatiùs adhibetur in Altari ad supponendum Missali quàm pulpitem; sitque plenum non plumâ, neque tomento, neque lanâ concisa, sed lanâ solidâ, pilisue ceruinis, nec cuiusquam genibus cubitisue, vlllo loco supponatur, neque ad vilius profanum vsu adhibeatur. *Abt. Mediol. lib. 4. Prouinc. s. de suppellest.*

§. 20. In signum adorationis præscribitur cereus ad eleuationem Sacramenti accendendus in cornu Epistolæ, quia minister in eadem parte genuflexus re-

peritur. Verum, ratione festi so'ennioris, poterunt etiam accendi duo cerei ad eleuationem in vtraque parte, ad excitandam magis circumstantium fidem, quod lumen est.

Gauantus
p. 1. tit. 20.
lit. d.

§ 21. Rubrica mandat Ampullas vitreas vini & aquæ in sacrificio Missæ adhibendas, tum vt extra clarè aquæ & vini materia ad vsum sacri ministerii appareat, ne minister & Sacerdos cum non videant aquæ & vini materiam errent aquam pro vino apponendo, tum quia aquæ guttæ non ita, vt Rubrica monet, ex ampullis quæ aliâ materiâ constant immitti in calicem possint, quin non vberius quam deceat aqua effluat, denique quia etiam eadem difficilè mundè asseruantur difficiliusquè à contractis sordibus diluantur. Hinc cum in hisce partibus omnes ferè vtantur Ampullis stanneis, aut argenteis, curandum erit, ne in materia vini & aquæ error contingat, vt eiusmodi ampullæ in superiori parte oris non nimis angustæ sint, sed commodè inspicì possint, atque materia vini & aquæ dignoscì queat; & ne plus aquæ quàm deceat vino admisceatur cochleari paruo, aqua calici immittatur.

Gauant. p. 2.
tit. 20, lit. b.

§ 22. Deinde vt ampullæ (quod semper diligentissimè curandum erit) mundæ seruentur, præter id quod ad minùs singulis quatuordecim diebus, si quotidie adhibeantur, ad purgandum dentur, ante & post celebrationem Missarum aquâ mundâ bene abluentur, ac linteo abstergantur, vt nihil vini aut aquæ in eis remaneat.

Gauantus
Part. 1. Tit.
20. lit. e.

§ 23. Manutergium non est deferendum super calicem ad Altare, hoc enim minùs decet, neque etiam sub Missa in Altari ponendum, sed iuxta Rubricam in parua mensa siue fenestella collocandum, vel in defectu illius mensulæ in latere dextro Mappis Altaris ac affixum pendeat.

§ 24. Campanula, ampullæ, peluicula & manutergium, collocari debent super menam paruam satis capacem propè Altare in cornu Epistolæ linteo mundo contactam vsque ad terram pendente, si potest fieri, quæ dicitur Credentia, vel in fenestella aliqua etiam propè ipsum Altare sed primum est decentius.

Gauantus
loco cit. part.
2. tit. 20. lit. f.

§ 25. Cum Rubrica vetat nihil omninò super Altari ponendum, quod ad Missæ sacrificium, vel ipsius Altaris ornatum non pertineat, grauissimè errant qui supra illud ponunt pileum, biretum, subbiretum, Chiro-

rotheca
ad emu
à Cingu
tùm fie
per cor
neque a
§. 20
ra appa
quo ips
sum me
beri po
pulchr
que his
& supe
dem m
mino i
dus ab
ra sint
inter c
nacula
argent
gruè a
magin
protot
tem hi
postoli
rit, sin
Catho
conue
dinis P
tant) p
uentis
retur,
bani V
sacran
gata.
§. 2
statua
tur, qu
stinend
denda
neoue v
pillis,
de sun
mitris.

rothecas, Colare, Rotarium, Diurnale, aut sudariolum *Gavantus loco citat.*
 ad emungendas nares, quod potius sub planeta pendens *part. 1. tit. 20*
 à Cingulo ad dextram portandum erit, nec etiam quã *lit. f.*
 tum fieri potest, apponi debent perspicilia maxime su-
 per corporale, quæ omnia ad sacrificium non spectant,
 neque ad ornatum Altaris.

§. 26. Decet, ut in diebus festis Altaria splendoro- *Car. Episc. lib. 1. s. 12.*
 ra appareant, quàm in alijs non festiuis, eoque magis
 quo ipsi dies festiuerunt solemniores. Ideoque tunc in
 summo Altari aderunt candelabra sex argentea, si ha-
 beri possint, sin minus ex aurichalco, aut cupro aurato
 pulchre fabricata, & aliquantò altiora, spectabiliora-
 que his quæ cæteris diebus non festiuis apponi solent,
 & super illis cerei albi, in quorum medio Crux ex eo-
 dem metallo, & opere præalta. Ipsa candelabra non o-
 mino inter se æqualia sint, sed paulatim quasi per gra-
 dus ab utroque Altaris latere surgentia, ita ut ex eis altio-
 ra sint immediatè hinc indè, à lateribus Crucis posita
 inter candelabra. si habentur aliqua capsulæ aut taber-
 nacula cū Reliquijs Sanctorum, vel imagines Sanctorum
 argenteæ; seu ex alia materia staturæ competentis, con-
 gruè apponi possunt; sed in exponendis Sanctorum I-
 maginibus studiosè diligenterque curandum est, ut
 prototypis quæ per istas repræsentantur iuxta verita-
 tem historiae, ac receptam & probatam Catholicæ & A-
 postolicæ Ecclesiæ traditionem, quoad eius fieri pote-
 rit, simillima sint; nec alio vestiantur habitu, quàm in
 Catholica & Apostolica Ecclesia ab antiquo tempore
 consuevit, nec etiam cum habitu peculiari alicuius Or-
 dinis Regularis, neque (quod religiosum quidam pu-
 tant) pro priuati cuiusque genio, ad exhibendam vi-
 uentis hominis effigiem, genuina earum forma adulte-
 retur, quod latius patet ex Cõstitutione sel. record. Vr-
 bani VIII. Pontificis maximi circa formam & habitum
 sacrarum imaginum 16. Iunij 1642. Romæ promul-
 gata.

§. 27. Deinde in forma, cultu, & ornatu sacrarum *Const. Ferdinandi Archiep. Col. de imaginibus edna 9. Martij 1643*
 statuarum, tam quæ in Altaribus, aut Ecclesijs ponun-
 tur, quam ea quæ in supplicationibus deportantur, ab-
 stinendum est ab omni procaci venustate, obscœna, pu-
 dendæ nuditate æque ac deformitate, neque lineo, la-
 neone vestitu saculari, neque caliendo seu crispatis ca-
 pillis, neque collaribus, aut vestibus viuorum induen-
 da sunt, neque alienis monilibus, armillis, birretis,
 mitris, inauribus, catenis aureis vel argenteis, annulis

& gemmis mutatorijs, ac pro temporum (hyemis & ætatis) varietate suffultis palliis expoliendæ; magis enim illa sacras imagines deformant, quàm exornant præsertim cum ad secularem magis pompam ostendendam, quàm ad sanctitatem & pietatem Diuorum exhibendam vel prouocandam, ornata, comptæque debeantur: sed aptissimo ad exprimendum cuiuslibet Sancti vel Sanctæ prototypon colore, scitâ artificis pictoris manu, fæcio quolibet postposito, ita delineentur, vt nihil, nisi quod pietatem & sanctum earum prototypa imitandi desiderium spirat, in illis ullibi appareat.

§. 28. Præterea nec Beatissimæ Virginis nec cuiusvis alterius Sancti vel Sanctæ plures, quàm vna cuiusvis mysterij imagines seu statua ad excitandam Sanctæ beatam & vtilem memoriam, in vno eodemque Altari collocandæ.

§. 29. Neque loci tantum habenda est ratio, sed etiam antiqui ritus Ecclesiastici, vt scilicet Cruces & Sanctorum imagines seu statua, antequam Altaribus adhibeantur, solemnibus benedictione, adhibitis Precibus, atque Caremonijs in Pontificali præscriptis, ab Episcopis consecrentur.

§. 30. Imagines sacrae, & sculpturae, qua nimia vetustate, carie, fuligine, siue sordibus, aut alia quavis iniuriâ deformes, specie sua offendunt intuentium oculos, vt contemptum potius quàm venerationem excitent: ea pie religioseque restaurandæ, aut si id fieri nequit, omnino delendæ, vel incinerandæ, non tamen publicè, sed citra scandalum, cineresque in sacrarium projiciendi.

Car. Episc.
lib. 2. cap. 20.
Gauantus
part. 4. tit. 7.
num. 1.
§. 31. A primis vespere Dominicæ de Passione usque ad finem Litaniarum in Sabbato sancto, sunt velandæ Cruces imagines, seu statua nostri Saluatoris velis violaceis, potius quàm nigris, nequaquam autem albis, in quibus nullæ alia expressæ debent esse picturae. Neque isto tempore super Altare vlla ponendæ sunt Sanctorum imagines.

Carem. episc.
lib. 1. c. 12.
§. 32. Altaria & Ecclesiæ quoque optimè ornari possunt, tapetibus, aulæis, & tabulis pulchrè pictis, in quibus tamen non debent esse vanæ figurae, aut profanæ imagines qua falsitatem aliquam significant, aut apocryphas historias, superstitionosa, fallaque dogmata præ se ferunt, aut gentilitatem, vel mendaces Ethnicorum fabulas, Satyrorum, Faunorum, Sirenium, Termi-

Terminorum, Nympharum, & id genus alia repræsentant, figuras lasciuas, procaes, ob nuditatem vel aliâ ratione obscenas continent, quæ omnia fidelium mentes distrahunt, religionem & deuotionem impediunt, atque teneræ conscientia homines sapius grauius offendunt, sed religiosis piisque figuris, mysterij sacri historiam significantiibus contexta sint, & iis potissimum, quæ Christi Domini, vel Sancti, cuius nomine Ecclesia, Altareque nuncupatur, res gestas expriment.

§. 33. Præterea gradus summi Altaris in summis festiuitatibus cooperiendi sunt aliquo amplo & pulchro tapete, aut panno laneo eoque pretiosiore, pro solemnitate ratione, proque Ecclesiarum dignitate, qui longè latè & amplè ita pateat, vt & bradella & Altaris gradus, eius operimento confertur omnino. Si verò tale tapetium & tam amplum haberi non posset, saltem scabellum seu suppedaneum, quod est proximum Altari, sit tapete aliquo cooperitum.

§. 34. Cætera Altaria per Ecclesiam pariter pallijs concoloribus decentibusque ornanda sunt, absque coronide, & cum fascia habeantque singula duo candelabra cum cereis, & in medio Crucem cum imagine Crucifixi, argenteam, vel ex aliquo metallo, aut cupro aurato. Scabella quoque eorum, si fieri possit, tapetibus vel saltem pannis cooperiantur.

§. 35. Denique ne laici præsertim mulieres aliquod Altare propius accedant, quam deceat, irreuerenterque ijs inhæreant; aut indecore incumbant, ne item canes pallia siue antependia Altarium permungendo fœdent, ac corrumpant, ad tuendam sacrorum Altarium maiestatem & dignitatem, singula cancellis ferreis, aneis, aut saltem ligneis similibusue claustris sepienda sunt, vt nulli vnquam ad Altare pateat accessus, præterquam Sacerdoti, eiusque ministris.

§. 36. Illud monendi sunt hoc loco etiam Sacerdotes cum de Altari sit sermo, quod in Altari, in quo celebravit Episcopus proprius in sua Diocesi; ea die ne ibidem faciant Missam sine eiusdem Episcopi licentia (quæ tacita sufficit, quando necessitas vrget, ne perdant scilicet aliqui Missam, vel si consecrandæ sint hostiæ pro infirmis) ob honorem qui Episcopo debetur, à fortiori vbi que abstinendum erit à celebratione Missæ, vbi Papa eo die celebravit, cuius propria Diocesis est totus orbis. Idem fiat cum Legato à latere intra fines suæ legationis; quam consuetudinem quidam

*Constitutio-
num & De-
cretorum Sy-
nodalium
Prouincia
Mediolanen-
sis lib. 4. c. de
suppellest.
Car. Episc.
lib. 1. c. 12.*

*Car. Episc.
lib. 5. c. 12.*


*c. Sacerdotum
de cons. dist. 2
Frangipannus
in Direct.
Eccles. disc.
111. de diuinis
Offic. n. 21.*

*c. In Altari
de cons. dist. 2
Layman lib.
5. tract. 5. c. 6*

*Gauantus
part. 1. tit. 2.
tit. 5.*

abrogatam esse contendunt, sed eam nos eâ quâ de reuerentiâ retineamus.

§. 34. Præterea dum in Ecclesia Missæ sacrificium ue in cantu, siue absque cantu Episcopus facit; inter ab alio Sacerdote in eadem celebrari non deberet, nisi Episcopus ob aliquam causam secus permitteret.



PARS SECVNDA.

Ritus seruandus in celebratione Missæ.

TITVLVS I.

De preparatione Sacerdotis celebraturi.

1. **S**acerdos celebraturus Missam, præuia confessione Sacramentali, quando opus est, & saltem Matutino cum Laudibus absoluto, orationibus aliquantulum vacet, & Orationes in Missali positas pro temporis opportunitate dicat.
2. Deinde accedit ad locum in Sacristia, vel alibi præparatum, vbi paramenta, aliaque ad celebrationem necessaria habentur: accipit Missale, perquirat Missam, perlegit, & signacula ordinat ad ea, quæ dicturus est.
3. Postea lauat manus, & dicens Orationem *Da, Domine, virtutem manibus meis ad abstergendam omnem maculam: vt sine pollutione mentis & corporis valeam tibi seruire.*
4. Deinde præparat Calicem, (qui debet esse vel aureus, vel argenteus, aut saltem habere cuppam argenteam intus inauratam, & simul cum Patena itidem inaurata, ab Episcopo consecratus) super eius os ponit Purificatorium mundum, & super illud Patenam cum Hostia integra, quam leuiter extergit, si opus est, à fragmentis, & eam tegit parua palla lineâ, tum velo serico: super velo ponit bursam coloris paramentorum, intus habent-